

5831

Inc-108

**Expositio beati Grego-  
rii pape super Cantica  
canticorum.**

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

1950

Prefatio beati Gregorij pa-  
pe super Cantica canticorum felici-  
ter incipit.

Prologus.

**A** Via si ceco si longe a deo  
posito cordi sermo diuinus  
voce propria: ac voce diuina  
loqueretur: non caperet.  
Per quedam enigmata misericorditer monet et reuocat: et per res notas latenter ei amorem re-  
non notarum vel sic insinuat. Per hoc enim  
quod non horret cognitum: intelligit quoddam  
incognitum. Rebus notis allegorie confici-  
untur: et in sententias diuinas vertuntur: ut  
dum recognoscimus sensu exteriora: intelle-  
ctu perueniamus ad interiora. Hinc est quod  
in libro hoc qui canticum canticorum inscribitur:  
amoris quasi corporis verba ponuntur:  
ut a torpore suo anima: per sermones con-  
suetos discussa recalescat: et per verba amo-  
ris qui infra est: excitetur ad amorem qui su-  
pra est. **M**ominantem enim hic oscula: verba:  
gene: femora. **U**bi non irridenda est sacra  
descriptio: sed consideranda misericordia  
dei. In hoc etiam amplior: quia dum membra  
corporis nominat: sic ad amorem nos vocat.  
**N**otemus quidem quod mirabiliter: quod mi-  
sericorditer nobiscum operatur: qui ut nos ad  
amplexus sacri amoris accendat: usque ad  
turpis amoris nostri verba se inclinatur. Sed  
vnde se loquendo humiliatur: inde nos intel-  
lectu exultat: quia ex sermonibus huius amo-  
ris discimus: qua virtute in diuinitatis  
amore ferueamus. Hic etiam solerter intuen-  
dum est: ne cum exteriora audimus: ad exteriora  
sentienda remaneamus: et machina que  
ponitur ut leuet: ipsa magis opprimat: et ag-  
grauet. Debemus in verbis exterioribus  
corporeis quicquid interiorius est querere: et  
loquentes de his extra corpus fieri debe-  
mus: ad nuptias sponsi et sponse cum intel-  
lectu charitatis: id est cum veste nuptiali ve-  
nire: ne si ista careamus: ab hoc conuiuio  
in exteriores tenebras. id est in cecitate igno-  
rantie repellamur. Debemus per verba

passionis transire ad virtutem impassibilitatis. **L**ittera enim occidit: spiritus viuificat.  
Sicut enim palea frumentum: sic et littera tes-  
git spiritum. Sed quia iumentorum est palea:  
hominum frumentis vesci: qui humana  
ratione vitis paleas obijciat: frumenta spiri-  
tus edere disponat. Humane conuersationis  
verba audientes: quasi extra humanita-  
tem esse debemus: ne si humaniter que dum au-  
diuimus capiamus: nihil diuinitatis de his sen-  
tire possimus. **Q**ui enim deum sequi imita-  
ri debet quotidie resurrectionem suam: ut si-  
cut tunc nihil passibile habuit in corde: ut  
secundum interiore hominem iam noua creatura  
sit: sic iam quicquid vetustum sonuerit cal-  
cet: et in verbis veteribus sola vini nouita-  
tis inquirat. **A**ttende deinde est: quod liber hic  
non Canticum: sed canticorum canticum dicitur:  
Tanto est enim omnibus canticis sublimius:  
quanto in nuptiis sublimioris festiuitatis  
offerretur. **H**ic notandum est: quia quando vult  
timere dominum: quando vult honorari pa-  
trē: quando amari: sponsum se notat dominus.  
**A**ttende ordinem. **E**x timore enim honor: ex  
honore solet precedere amor. **N**ec vacat a  
mysterio: quod liber hic ternus ponitur in ope-  
ribus salomonis. **P**ost puerbia enim eccle-  
siastes: post ecclesiastes canticum canticorum:  
non casu: sed plena ratione posuit. **I**n puer-  
bijs moralis vita exprimitur: cum dicitur: **A**u-  
di fili mi sapientiam. **I**n ecclesiaste natura-  
lis: ubi finis omnium consideratur: cum dicitur: **V**a-  
nitas vanitatum et omnia vanitas. **I**n canti-  
co vero canticorum contemplatiua vita exprimitur:  
dum in eo ipsius domini aduentus et  
aspectus desideratur: cum sponse voce dicitur:  
**O**sculet me osculo oris sui. **Q**uia er-  
go naturalis ad considerationem non perdu-  
cit: nisi prius moralitas teneatur: recte post  
proverbia ecclesiastes ponitur. **E**t quia su-  
perna contemplatio non conspiciatur: nisi plus  
hec infra labentia despiciatur: recte post  
ecclesiastes canticum canticorum ponitur. **P**ri-  
us quippe est mores componere: postmodum  
omnia que sunt tanquam non sint considerare.  
**P**ostea munda acie superna: et interna con-  
spicere. **H**os ergo librorum gradus quatuor

dam ad contemplationē dei scalam fecit: vt dum primū in seculo bene gerunt honesta: postmodū etiam honesta seculi despiciant: ad extremū vero dei intima conspiciant. Sic autē generaliter ex voce sancte ecclesie aduentus domini in hoc opere prestolat: vt etiam specialiter vnaqueque anima ingressum dei ad cor suū tanquā aditum sponsi in thalamū aspiciat. Itaque sancta ecclesia diu prestolans aduentū domini diu sitiēs fontem vite: quomodo oportet videre presentiam sponsi sui: quomodo desideret dicat.

Explicit prologus.

Expositio beati Gregorij pape super Cantica canticorum feliciter incipit. Capitulum. I

Sculete me osculo oris sui.] Os sponsi inspiratio xpi. Osculum oris: dulcis amor inspirationis. Dicit ergo sponsa desiderio estuans: et in amplexu sponsi sui

inardescens. Osculete me osculo oris sui. Ac si diceret: Ille quem super omnia immo solū diligo: veniat qui dulcedie sue inspirationis me tangat: quia cum eius osculum sentio: subita imitatione me derelinquo: et in eius similitudinē illico liquefacta transformor. Fastidit quippe sancta mens omnia que corpus sentit: et in illa spiritualia tota transformari concupiscit. Et dum ista obstrepent: in illa fugit: seque abscondere nec sentiat: appetit. Ideoque osculum sponsi querit: quia si illa gratissimi amoris vinculo hic non trahit. Nec vi sue molestissime grauedinis detenta: quomodo se ad illum conferat omnino non inuenit. Sed prius xps anxietate eius sentiens: amore diligens: votū exaudiens: osculum porrigit: et

ne desiderio lacescat: gustu sue suauitatis lenit: et dum suam presentiam exhibet: eas ad maius dilectionis osculum accendit. Unde hec illum sentiens ad eum se conuertit: et quem presentem habet: mox gaudens voce mutata alloquitur: et dicit:

**B** Quia meliora sunt vbera tua vino flagrantia vnguentis optimis.] Vbera christi: dilectio dei et proximi. Ex his vberibus sponsam suam lacte pietatis nutrit: et inter temptationū turbines his etiam fouet: et nutrit: et vt persistat reficit. Quid autē per vinū: nisi cura temporalis exprimit? A qua mens secularis cuiuslibet inebriat: vt ad inuisibilia cognoscenda aut ex toto: aut pene insensibilis reddatur. Sed vbera sponsi vino meliora existunt: quia illud necat: hec nutriunt. Illud oculos mentis turbat: hec acuit. Et illud apostotare facit etiam sapientes: hec ipsos ideotas vtiq; sapientissimos faciunt. Que quot vicibus sponsa cum dilectionis vbertate fugit: tot sententias sapientie in ventre memorie trahit. Caritas enim sancta cor pacificat: mentem in temptationibus roborat: et vt sedes sapientie sit anima iusti: quietem tribuit: et locum preparat. Hec vtiq; vbera vnguentis optimis flagrant: quia odorem suauitatis per sapientie verba: et sanctitatis exempla secum portauit. Quicumque enim sancta charitate per gratiam dei se reficit: is spiritualium donorum et odorem et suauitatem sentit. Quorum bonorum vbertate proximos quosque ad interiora gustanda secum trahit: et vt in amorem diuinum conualescant: istis vberibus nutrit.

**O**leum effusum nomen tuum.] Nomen sponsi xpus est. Sed nomen sponsi quasi oleum effundit: quia quicumque nomine xpiano in veritate censent: charitate sancta affluunt qua molliunt: et vt flammam ex employ emittant: eadem charitate suffundunt. Hac charitate in amorem ipsius xpi vehementius accendunt: et ab ipso accipiunt: quo ei amplius inhereant quo perfundunt. Hinc est quod sequitur.

**D** Ideo adolescentule dilexe-  
runt te.] Quid em̄ per adolescentu-  
las: nisi sancte anime designant: que ba-  
ptismatis aqua per spiritū sanctum rege-  
nerant: et in nouam xp̄i vitam per nouū te-  
stamentū transformant. Que ppter olei  
effusionem xp̄m diligūt: quia ad gratiam  
vocate in eo suauitatē vite perpetue inue-  
niunt. Pro cuius suauitatis dilectione:  
omnes mūdi fastus et diuitias respuunt.  
Sunt em̄ nonnulli qui ita deum diligūt:  
vt se ipsos contempnāt: in interiora se ra-  
piunt: vt deum inueniāt. Et quia deus in  
superficie non iacet: meditatioibus labo-  
rant: subtilissime cogitatioes suas exami-  
nāt: et lectionibus vacant: quō deus in-  
ueniat omnimodis perquirere nō cessant  
Ibi profecto odorem vngentorū sentiūt:  
et olei infusione se inungūt: quia dum om-  
nem putredinē viciozum abijciunt: et flo-  
res sibi inueniūt: quorū compositioe sua-  
ue olentia deo faciente conficiunt. Qui  
eiusmodi est desiderio estuat: et quasi ni-  
hil habeat semper maiora exoptat: et quia  
sibi virtus non suppetit: in deum inhiās  
trahi se postulat dicens:

**E** Trahe me post te: currem⁹  
in odore vngentorū tuorum.]

Non currit qui non trahit: quia quem  
diuina gratia non adiuuat: molestia sue  
corruptiois grauat. Gratia quippe di-  
uina nos preuenit: et interiorū dulcedinē  
nobis ostendens de exterioribus nos cō-  
pungit: moxq; in illa transiens animus:  
pre eorū dilectione temporalia vilipēdit.  
Iste ergo quia trahit currit: quia vincu-  
lum amoris libenter sequens: gratie ro-  
boratus: amore sine grauedine obstacula  
om̄ia transit. Nec mirum: cum vngento-  
rum odorem sequit: et quia cum spiritua-  
lium donorū suauitas sentiat: quid est in  
hac temporalitate cuius desiderio anima  
sancta sponsa xp̄i: ne in illa pperet tenea-  
tur. Ibi quippe lenitate vngentorū gau-  
det: et dum naribus discretiois spirat: cha-  
ritas sibi suauiter olet. Hinc est: q; a sin-

gulari numero ad pluralē transit: quia in  
dilectioe dei etiam preceptū: quod de pa-  
ximi dilectioe nos ammonet inuenit: quo  
instructus eructat nobis foras: quod gau-  
stauit suauiter intus dicens:

**S** Introduxit me rex in cella-  
ria sua.]

Quid per huius sponsi: qui rex est cella-  
ria intelligimus: nisi sancte scripture ar-  
chana que rimamur: nisi sancte cōtempla-  
tiois mysteria: quorū delicijs si reficimur  
mox cōualescimus. In illa proculdubio  
quisq; introducitur: oīa temporalia mox cō-  
tempnit: qz eternis ditatur. Ideo sequit.

**E** Exultabimus et letabimur  
in te: memores vberum tuorum  
super vinum.]

Sancta anima sponsa xp̄i in sponsi sui de-  
licijs exultat: dū corporalia respuit: et in  
spiritualibus se occultat: eundēq; sponsū  
delicias suas facit: in cuius respectu mū-  
dana om̄ia non curat. Sed hec in memo-  
ria vberū agit: quia dū recolit quāta cha-  
ritate xp̄us eam dilexerit: qui sanguine suo  
eam mortēs in cruce redemit: et quotidie  
eam in sinu ecclesie matris eiusdē sangui-  
nis lacte nutrit: pculdubio magis ac ma-  
gis in eius dilectioe intendit. Quod lac-  
bene super vinū dulce esse dicit. Per san-  
guinez xp̄i misericorditer educamur: qui  
per legis litteram seuerē prius cōstringe-  
bamur: per quam dilectionē adimpletur:  
quod dicit: **I** Recti diligūt te.]

Soli vtiq; recti xp̄m diligunt: quia qui  
cūq; adhuc per distorta vicioz ex deside-  
rio currūt: dum in rectitudinis lineā sem-  
per offendunt: ip̄m iusticie auctorem xp̄m  
om̄ino diligere nō possunt. Tūc vero ho-  
mo vere per viā veritatis incedit: cum et  
opera virtutū exequitur: et tamen peccata  
semper agnoscit. Ideoq; sequit et dicit:

**I** Nigra sum sed formosa: filie  
hierusalē quasi tabernacula ce-  
dar: sicut pellis salomonis.]

**N**igrā quippe et formosam sancta aīa se bene dicit: quia semper et turpitudinē peccatorū perspicit: et inde illius iusticie quā in intimis videt: in exterioribus actibus secū solerter formā gerit. **Q**ue bene sicut tabernacula cedar nigra: et sicut pelliculis salomonis formosa dicit: quia in quantum tenebras mortalitatis portat: nigredine corruptiōis sordida ē. Cedar em̄ tenebre interpretat: salomon vero qui xpm significat pacificus dicit: formosam ergo se sicut pellem salomonis dicit: quia dū sanctos quosq; qui ad imitationē xpi se mortificāt imitari nō negligit: eorū vtiq; pulchritudini per similitudinē se iungit. **M**e vero proximi in eius nigredinē intendentes minus exempla bonorū eius ad imitationē diligant: turpitudinis causam satisfaciens ostendit: dū ab ammiratiōe sua filias hierusalē repellit dicens:

**N**olite me considerare quia fusca sum: quia decolorauit me sol.

**P**er solem xpus significat. Sol ergo eā decolorauit: quia quantumlibet fulgeat anima in cōparatione xpi fulgozem amittit. Sunt quippe nonnulli: qui in hac nocte mūdi velut stellē hoībus fulgent luminaria primis appareāt: sed mox vt iusticie xpi se comparāt: quasi sine luce sunt: qui bene incōparabiliter prius hoībus lucebant. **Q**ualiter vero ad hoc peruenerit: vt aliquantulū luceret: oñdit cū subiūgit.

**F**ilij matris mee pugnant contra me: posuerunt mercedem in vineis.]

**M**ater sponse sancta ecclesia: filij matris sancti apostoli extiterūt. **A**nte apostolorū quippe predicationē pene totus mūdius rebellis extitit: oīs pene aīa idolorū se culibus sordidauit: et cupiditates sceleratas accumulauit. **A**postolorū vero predicatione superueniēs: p̄tra oēs verbo pugnavit: in multis regnū demonū expugnauit et regnū xpi: id est sanctā ecclesiā ampliavit. **I**unctā ergo xpo et sanctificatā congre-

gationē apostoli custodē in vineis posuerūt: quia primos credētes in ecclesias per mūdū vt eas et congregarent et custodiret: disperserūt. **C**uius dispersiōis causa ostendit dicens:

**V**ineā meā nō custodiui.

**Q**uid per vineā singulariter: nisi iudea designat: que a se fideles expulit: quia custodiā aspernabat. **P**redicatiōe quippe expugnata: et sponsa xpi facta: anima dilectiōe ardet: et inquirendo eū quem diligit in intimis se exercet dicens:

**I**ndica mihi quē diligit anima mea: vbi pascas: vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam per greges sodaliū tuorum.]

**I**n meridie xpus sub umbra pascit et cubat: quia in refrigeratiōe spiritus sancti sibi quasi requiē et pastū parat. **P**er meridiem quippe ardor vicioz exprimitur. **P**er umbrā vero spūalis gratie flatus designatur. **M**eridie ergo feruēte in umbra xps requiescit: quia dū in reprobis estus viciozū flagrat: ipse sponse sue spiritū refrigerij tribuit: et in ea sibi delectabilē locū quietis efficit. **S**ed hec sibi sponsa indicari deprecatur: quod nulli vnq; declarat: nisi ei qui eiusdē sanctificatrici gratie munus percipit. **Q**uare vero ad hec precij iēda est uet manifestat cum subdit:

**N**e vagari incipiam per greges sodalium tuorum.]

**H**ere in quo xps non cubat vagat: quia mens: quā ille suavis et ponderosus xpi spiritus nō implet: multis cogitatiōibus dissoluta circumferē. **S**ed qui sunt sodales xpi: per quorū greges sponsa vagari pertimescit: nisi falsi xpiani: qui aut ob nominis soltus: aut etiā sacramentorū cōmunionē fratres xpi vocant: quia electis quos ipse fratres vocauit: in ecclesia cohabitādo sociant. **Q**uorū multitudines bene per exprobationē greges appellant: quia dum quasi irrationabilia animalia sine ordine uiuunt: seductoribus spiritibus ad deuorand-

**A**um tradunt. Per hmoi greges vagat: quisquis ab intimo desiderio expulsus reprobos stultitia per similes cupiditates imitat. Hos quippe electi cum moleste patient: per eorum persecutionem probati: mundiores ad eterna bona perducunt. Unde amone sponsa cum sibi per increpationem dicit: **S**i ignoras te o pulchra inter mulieres: egredere et abi post vestigia gregum.]

Si ignorat se sponsa egrediat et abeat: quia quisque nesciat se in hoc positum: ut temptationes per sufferentiam vincat: a familiaritate christi recedit: quia in bello positus: cum domino pugnare recusat. Sciendum est enim omnibus quod in temptationibus sumus contra aereas potestates pugnare precipimur: quia sine victoria coronari non possumus. Et si adversarius deest: nec est quem vincamus: ideo corona deerit: quam non nisi vincetes capiemus. Hoc qui ignorat in bello est: et quasi in pace exultat: et eo frequentius vulneratur quo securior est: quia nescit videre quem caueat. Digne enim a pugnatoribus secernitur: ut vestigia gregum sequatur: quia dum prudentes quosque imitari negligit: necessarios reprobos sequitur: quos inulticia brutis animalibus fecit similes.

**P**er et pasce hedos: tuos iuxta tabernacula pastorum.]

Per hedos: immunde cogitationes designant: per tabernacula pastorum conventicula hereticorum expriment. Quia ergo pugnare nescit: iuxta tabernacula pastorum hedos pascat: quia quisquis obsistentibus temptationum gladiis viriliter non resistit: immundas cogitationes quasi hedos lascivos in corde nutrit: et efficit eum etiam similis qui a fide recedit. Anima vero que sponsa christi effici concupiscit: qualiter se habeat christus se docet: cum ei per comparationem pertinens dicit: **E**quitatui meo in curribus pharaonis: assimilavi te amica mea.] Scimus: quia equitatus israeliticus currus pharaonis fugiens in mari dimer:

sus dereliquit: nec tamen statim terram reprobationis intrauit: sed prius multas temptationes in heremo. xl. annos sustinuit: multos reges multis laboribus expugnauit. Et sic tandem quod promissum sibi fuerat: laboriose acquisitum suscepit. Hic sancta anima sponsi amica similis efficit: que prius in baptismo omnia peccata sua extincta: quasi pharaonis exercitum reliquit. Et post dum inter huius mundi habitatores malignos versus spiritus vivit: iminentia vicia quasi greges alienos prosternit: sic tandem ad beatam terram in qua cum sposo delectetur peruenit. Cui bene dicitur quod subdit.

**R** Pulchre sunt gene tue sicut turturis.] Turtur postquam parvum suum perdidit semel: nunquam alteri se iungit: sed semper solitarie habitans in gemitu perseverat: quia quem diligebat non inveniens querit. Sic sancta anima que dum a sposo suo absens est: ab eius amore non recedit: in eius desiderio sperans anhelat et gemit: et dum illum quem valde diligit non invenit: quia ab omni alieno amore se retrahit: quasi in genarum verecundia castitatem cordis ipso habitu et actu exteriori ostendit. Sequitur.

**Collum tuum sicut monilia.]**

Per collum sponse predicatores sancte ecclesie designant. In monilibus gemme in auro ponunt: per aurum quippe sapientia: per lapides opera expriment. Collum ergo sponse sicut monilia existit: quia quilibet recte ecclesie predicator et sapientia interior se induit et opera exterior exercet: que in sapientia videt. Cui et adhuc subdit.

**S** adurenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.]

Adurenulis monilia collo ligant: quia et sapientia et religio a scripturis sanctis predicatoribus adiungitur. Per adurenulas enim sancta scriptura intelligitur: que bene auro et argento vermiculate dicitur: quia et sapientia predicatione per mundum audit. Sicut enim per aurum sapientia: sic per argentum sancta predicatione demonstratur. His verbis sponsi sponsa respondet: et per corpeas verum spiritus amoris intimat: quo spiritualiter intus ardet dicens:

**L** Cū esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorē suū.]

Accubitū suū rex tunc intrauit: quādo dñs noster Iesus xp̄us corporaliter celi interiora penetrauit. Quo ibi requiescente nardus sponse odorē suū dedit: quia virtus sancte ecclesie suauē famam bonitatis longe lateq; sparsit. Ad celos em̄ dominus ascendit: et spiritū sanctū suū super discipulos misit. Quo implet verba salutis mūdo predicarent: et per sancta opera boni odoris famā circūquaq; diffunderēt. Hūc quippe spiritū in baptismo vnaqueq; fidelis anima recipit: vt per eū sibi virtutū confectioe vngenta cōponat: et proximis exempli exhibitioe quasi vngenti odore reficiat. Sequitur.

**U** Fasciculus mirrhe dilectus meus mihi: inter vbera mea cōmorabitur.]

Mortuorū corpora mirrha cōdiri solent: ne putrescāt adhibemus: dum mēbra nostra in xp̄i exemplū: per eorundem mortificationē a putredine luxurie restringim⁹: ne dum ea sine cōdimento dimiserimus: dissoluta putredine escam vermibus eternis faciamus. Sed quid est q̄ dilectū suū sponsa: non mirrhā: sed fasciculū mirrhe nominat: nisi dū sancta mens xp̄i vitā ex omni parte cōsiderat: contra omnia vicia ex eius imitatioe repugnātes virtutes cōgregat. Ex quibus sibi fasciculū mirrhe aptat: quo carnis sue putredinē sempiternā abstergat. Qui inter vbera cōmorari dicit: quia in dilectioe dei et proximi habitatio xp̄i edificatur. Sancta quippe anima dum deum sic diligit: vt proximū non cōtempnat: et proximi amorē sic exequit: vt diuinū non minuat: proculdubio vbera in pectore sibi locat: quibus xp̄m amplectens ip̄m nutriat. Quasi em̄ vberib⁹ xp̄us nutritus roborat: dum hac gemina dilectioe vt fortius inhereat: delectatur. De quo et adhuc dicitur.

**B**otrus apri dilectus meus

mihi: in vineis engadi.]

Cyprus insula est: in qua vberiores vinee q̄ alibi nascūt. Per cyprū ergo ecclesia vniuersalis designat: que multas vineas nutrit: dū in multas ecclesias diuisa vinū quod letificat cor hominis: gignit. Engadi interpretat fons hedī. Hedus autē antiquus p peccatis imolabat. Quid ergo per fontē hedī: nisi baptismus xp̄i figurat? In quo dum corpus mergit: anima abluat: et per illius fidem qui p peccatoribus mortē pertulit: anima humana a peccatis om̄ibus mūdari se credit. Cui mox dilectus respondet:

**Y** Ecce tu pulchra es amica mea ecce tu pulchra oculi tui colūba

Bis pulchrā sponsam suā vocat: quia cui dilectionē dei et proximi donat: geminam pulchritudinē ei inserit: quā dilectatur: et quā laudat. Cuius oculi bene colūbarū esse perhibent: quia dum in temporalibus genuit: et ad eterna desideria rapitur: in simplicitate sensus suos custodit: et carnales cōcupiscentias detestat. Colūba quippe in amore p cantu genuit. Et bene sancta anima columbe comparat: quia dum reprobi quicq; in amore mūdi garrunt et letant: mens electa in celesti desiderio atterit: quia timet ne amittat quodq; diligit: differat. Possunt etiā per oculos columbarū: ecclesiarū predicatorum intelligi: qui simplicitatē quam predicāt: seruant: et visibilia cōtempnentes: ad eterna cū magnis gemitibus anhelant. Sequitur vox sponse dicentis:

**Z** Ecce tu pulcher es dilecti mi et decorus.]

Pulcher et decorus dilect⁹ dicit: quia et in diuinitate et in hūatate om̄i amanti se mēti sine macula reprehēsiōis aspiciē. Quē dum sponsa pleno desiderio sequit: omnium mūdi perturbationū obliuiscit: et dum in eius pace quiescit: magis ac magis decoratur. Inde sequitur:

**L**ectulus noster floridus.]



Quid per lectulū sponse: nisi ocij quietē intelligimus? Mens em̄ que sponsum suum singulariter amat xpm̄: inquantū potest ab omnibus sollicitudinibus mūdi vacat: virtutes quibus sponso suo placeat: intus accumulāt. Que dum om̄ia que tēporalia sunt cōtempnit. Lectū sibi cū spōso in pace victorie facit: vbi quo quietius pausat: eo amplius flores inuenit: quib⁹ se decorā sponso ostendat. Sequit̄:

**bb Ligna domoz nostrarū cedrina: laquearia cypressina.]**

Per domos plures ecclesias intelligimus: per ligna cedrina predicatorēs designam⁹: per laquearia cypressina ip̄os populos figuramus. Ligna em̄ tectū sustentant: laquearia vero domū implent ⁊ ornant. Sic in sancta ecclesia predicatorēs boni scripturā diuinā in corde ⁊ ore portant: quā fidelibus expandentes predicāte: vt dum ecclesia predicatione celesti instruit̄ munimen accipiat: quo ab ymbribus temptationū protegat̄. Cedrus autē ⁊ cypressus impuitribilia ligna esse perhibent̄. Quibus bene om̄es electi figurantur: quia dū temporalia nullo desiderio sectant̄: eterni fiunt eo q̄ mente in eterna figunt̄. Respondet sponsus ⁊ dicit:

**Capitulū II A  
Bo flos campi: ⁊ lilium  
e conuallium.]**

Bene florē xpus se nominat: qui dum spinas peccatorū exterminat: mētem sponsi ⁊ pulchritudine sue iusticie exornat: ⁊ naribus cordis dū celeste desiderium applicat: interiora anīe quasi odore refocillat. Quia sequit̄ adhuc ⁊ dicit:

**B Sicut liliū inter spinas: sic amica mea inter filias.]**

Bene sicut liliū inter spinas: sponsa inter filias esse perhibet̄: quia cū multi sint in ecclesia: qui solis verbis xpm̄ cōfiteent̄: operibus vero nihil: nisi humanas sollicitudines sectant̄: sola illa anima in liliis dignitatē computat̄: que dū a mortalitatis

radice ad celestē pulchritudinē assurgit ⁊ mūdicie candorē corde ⁊ corpore sibi ip̄s custodit: ⁊ proximos quosq; bone opinionis odore reficit. Sed quia sponsus sponfam suā laude dignā habuit: ip̄a laz ex debito laudat a q̄ se laudari perspicit ⁊ dicit

**Sicut malū inter ligna siluarū: ⁊ dilectus meus inter filios.**

Ligna siluestria esui hominū abiles fructus non gignūt. Malus vero quod gignit cōgrue et salubriter homines edūt. Merito ergo per malū xps: per siluestria vero ligna ceteri homines figurant̄: quia in solo xpo cibum salutis quotiēs querimus inuenimus: ⁊ in eius verbis ⁊ exemplis anīas nostras fructu suauī et salubri reficimus. Ip̄se est quippe lignū vite quā nobis tribuit: ip̄e est qui dū nobis semet ip̄m inspirat: animā pascit. In ceteris vero si quid refocillationis inueniamus: non qd̄ illoz: sed quod xpi est ab illis sumim⁹ quia quicquid in eis preter deū est mortis ferū nobis proculdubio inuenimus.

**L Sub vmbra illius quem desiderabam sedi.]**

Vmbra christi protectio spiritus sancti. Spiritus quippe sanctus mentem quaz replet obumbrat: quia omnem temptationū feruorē temperat: ⁊ dum aura sue inspirationis suauiter mentē tangit: quicquid noxi coloris feruebat expellit: ⁊ quā iam forsitan nimius vicioz estus marcidam fecerat: vmbra sancti spiritus protegens recreat: vt dum in eius inspiratione sedens pausat: vires colligat: quibus ad eternā vitam robustius currat. Sequit̄.

**D Et fructus eius dulcis gutturi meo.]**

Arbor quippe fructifera ip̄e xpus in corde nostro plantatus per fidē existit. Quā si mens digne ⁊ instanter excolit: fructus nimirū interius pulchros ⁊ vtilēs gignit. Quos dum mens capiens: anīde comedit: omnes mūdi voluptates pre eius dulcedine postponit. Dulce enim est valde

sibi celestia cogitare: in eternitate oculus  
intimū figere: vt aliquando in fletibus eti-  
am mens accensa compungat: vt inter la-  
chrymas subleuata: angelorū cibo ip̄a vi-  
delicet sponsa quāto dulcius: tanto auidi-  
us pascat. Inde est qđ sequit̄.

**E** Introduxit me rex in cel-  
lam vinariam: ordinauit in me  
charitatem. ]

Quid enim per cellam vinariā congru-  
entius: q̄ ipsam archanam eternitatis cō-  
templationē accipimus? In hac eternita-  
te angeli sancti vino sapientie inebriant̄:  
dum ip̄m deum facie ad faciem videntes  
om̄i voluptate spirituali faciantur. Hanc  
sancta mens si a sponso introducat: post  
positis om̄ibus temporalibus intrat: in  
qua ex illis angelicis delitijs quantū sibi  
concedit gustat. Et qz adhuc si in corpo-  
re corruptibili detinetur: et si perfecte nō  
sanat: tamen ex illo minimo qđ cursim su-  
mit considerat: quantū debeat amare qđ  
amat. Potest tamen per cellā vinariam  
scriptura diuina figurari. Per hāc quip-  
pe in spōsa charitas ordinat̄: quia in eius  
doctrina manifeste discit̄ qualiter deus et  
proximus ordinate diligant̄. Hac charita-  
te percussa sequit̄ et dicit:

**F** Fulcite me floribus: stipate  
me malis: quia amore langueo.

Per flores teneri quicqz et incipientes:  
per mala vero perfecti fideles designant̄.  
Sponsa quippe: quia amore languet ful-  
ciri se floribus: et stipari malis appetit:  
quia dum se eternitatis desiderio afficit:  
dum qualieer illuc perueniat: tota anxie-  
tate perquirat. Sed quia peruentionem  
dū in carne viuit: om̄ino nō inuenit: fati-  
gata in desiderio suo req̄escit: et in hoc so-  
lo gaudet: si circa se p̄spicit: vel q̄bus ip̄a  
p̄ficiat: vel in quorū profectiōe p̄solationē  
de languore suo perspicere possit. Quibz  
de sponso suo subsequēter hec dicit.

**S** Leua eius sub capite meo:  
et dextera illi⁹ amplexabit me. ]

Per leuam sponsi vita presens: per dex-  
teram vero vita eterna designatur. Per  
caput autem sponse mēs que anime prin-  
cipatur assumitur. Sed leua spōsi sub ca-  
pite spōse esse dicitur: et dextera eius am-  
plexatur eam: quia vitā temporalem sub  
mente sua semper ponit: vitam vero eter-  
nam: vt omnimodis amplectetur concupi-  
scit. Hec quippe: que videt magnanimi-  
ter mente sublimi conculcat: officijs cele-  
stibus se occupat: Hec necessitate tolerat  
ad illa sūmo desiderio q̄si brachio dexte-  
ra sponsi astricta suspirat. In que cum ali-  
quantulum intrat delectabiliter quiescit:  
cuius quietis dilectione mundanos tu-  
multus omnino fastidit. Sic quiescen-  
tem vtiqz sponsus amplius diligit: et ab  
eius excitatione improbos quosqz repel-  
lit: dicens:

**H** Adiuro vos filie hierusalem  
per capreas ceruosqz camporū:  
vt non suscitetis neqz euigilare  
faciatis dilectā donec ipsa velit.

Cerui capree mūda animalia in lege esse  
se perhibentur. Quid ergo per ceruo et  
capreas: nisi fidem: spem: et charitatem  
accipimus. Quas dum nobis mundas  
seruamus: per easdem altos mentes con-  
templatiōis ascendimus. Sancta autem  
anima sponsa xp̄i a cunctis mūdi pertur-  
batiōibus quiescere appetit: in sinu spon-  
si sopitis: terrenis cupiditatibus dormi-  
re sancto ocio cōcupiscit. Ita vt etiam ne-  
cessaria colloquia aliquando fastidiat: so-  
liusqz sponsi collo cutione quanto quieti-  
us: tanto serenius hylarescat. Sed hanc  
dormientem carnales qui sunt in ecclesia  
nonnunquā importune excitant: negocis  
mundi eam implicare desiderant: quia  
eius vitam inutilem existimant: dum ab  
eorum curis eam se abstinentem conside-  
rant. Hi tales satis congrue non filij: sed  
filie nominantur: quia dum effeminatos  
mores nutriunt: virili dignitate amissa:  
quales interius habeantur: exterius no-  
mine femineo designantur. Hi dilectam

suscitare sub adiurationis pondere prohibentur: ne videlicet mentem: que ad vacandum deo se accingit: solis spiritualibus studijs inherere concupiscit. impotens sollicitudinibus inquietent: et tenebris curarum terrenarum oculum cordis eius obnubilent. Et tamen non ei omnis cura proximi interdicitur: sed quando suscitari debeat eius voluntati relinquitur: quia profecto omni: perfecte anime discernendum est: et quando celesti contemplationi studeat: et quando proximorum utilitatibus inseruiat. Hanc vacandi deo libertatem libentissime sponsa suscipit: statimque verbum sponsi amplectitur et dicit:

**Gloria dilecti mei.]**

Ac si diceret: Hanc vocem dilecti mei sponsi esse recognosco: hanc ab eius ore semper audire desidero: quia in hoc video quantum me diligat: cum me ab amplexibus eius desiderabilius impediri prohibeat. Ad hos amplexus qualiter peruenerit: subito narrat dicens:

**Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles.]**

Ad amplexus sponse sue christus venire disponens: humanitatem nostram dignanter assumpsit: ad quod mysterium peragendum: quasi saliens in montibus venit: quia quedam opera inter homines ostendit: que valde sublimia sunt: et super homines esse perspiciens: humanum genus ammirari potuit: sed attingere nequiuit. Quia enim de virgine natus est: quod vagientem ad adorandum pastores angelus ammonuit: magos stella perduxit et pendens in cruce qua hora voluit spiritum emisit: et mortuos tertia die seipsum suscitauit: et celum ingressus spiritus sanctum quibus sibi placuit: donauit. Hec faciens: quasi in montibus ambulauit: quorum nulla creatura assequi valuit. In his nimirum operibus colles transiuit: quia sanctos omnes quantumcunque excreuerunt: potentia sue operationis transcendit. De quo et sequitur.

**Quasi capree hinnuloque ceruorum.]**

Similis capree bene esse dicitur: quia ex synagoga carnem traxit: que per capream ostenditur. Et quia ex antiquorum sanctorum stirpe progenitus est: quasi hinnulus ceruorum: recte esse perhibetur. Sequitur.

**Et ipse stat post parietem nostrum: aspiciens per fenestras prospiciens per cancellos.]**

Quasi post parietem nostrum christus incarnatus stetit: quis in humanitate assumpta diuinitas latuit. Et quia eius immensitatem si ostenderet: infirmitas humana ferre non posset: carnis obstaculum obiecit: et quicquid magni inter homines operatus est: quasi post parietem latitans fecit. Per fenestras autem et cancellos qui aspicit: partim videtur: partim vero se abscondit. Sic et dominus Iesus christus dum et miracula per diuinitatis potentiam fecit: et abiecta per carnis infirmitatem pertulit: quasi per fenestram et cancellos prospexit: quia in alio latens: in alio quis esset apparuit. Incarnatus itaque ecclesie sue: vel unicuique perfecte anime loquitur: et ad eternam exhortatur patriam dicens:

**Surge propera columba mea: amica mea: formosa mea: et veni.]**

Propter fidem christus sponsam suam amicam vocat. Columbam propter simplicitatem: formosam propter operationem: quia enim sine fide deo placere non possumus: bene per fidem amici vocamur: quia dum fide celestia appetimus: abiectionis terrenis deo adheremus. Columba vero bene anima propter simplicitatem dicitur: quia anima deuota: dum simplicem dum cordis simplicitate perscrutatur: nequaquam mundi ineptam leticiam dissoluta sectatur. Sed semper ad eterna festinans: colombe gemitus diligendo imitatur.

Propter operationē anima formosa recte appellat: quia dum preterite vite peccata per bona opera redimit: quasi anti- quā turpitudinē assumpta forma meliori ante sponsi oculos abscondit. Hanc itaq; hortat sponsus: vt surgat & veniat: quia dignū est: vt quicūq; ad amorem xp̄i pro- perat: carnis torporē quantū potest abij- ciat: & se ad eterna cōsequēda celeriter ac- cingat. Sed quia vt ad celestia festinem⁹ per exhibitionē noui testamenti a deo ac- cepimus. Ideo recte sequit̄:

**Q** Jam hiems trāsūt: humber abūt & recessit: flores apparue- runt in terra nostra.]

Quid per hiemē: nisi legis austeritas in- telligenda est? Que dū in carnalibus sa- crificijs populū antiquū detinuit: ad ap- petenda spiritualia & celestia observato- res suos non audiuit. Possumus etiam per hiemē vitaz presentē intelligere: que dum nos assiduis temptatiōibus impctit quasi ymbribus importunis ad sequendū xp̄m torpore compellit. Sed iam sponsa surgat: quia hiems transijt: quoniā quan- to magis dies vltimus instat: presens vi- ta recedit: & quo amplius tempus ad ter- minū ducit̄: eo citius currendū est: ne ele- cta anima oblati sibi muneribus eternis priuet̄. Transijt enim dicit̄: quia in proxi- mo transitura esse nō dubitat̄. Sequit̄.

**P** Flores apparuerūt in terra: tempus putationis aduenit.]

Flores apparuisse in terra dicunt̄: quia sancte anime in celo recipiunt̄. Et quia in hac vita quāuis hiems fuerit: nō torpue- runt: mox vt recesserunt in terra videntū gloriose floruerūt. Bene sequit̄ cū dicit̄:

**Q** Tempus putatiōis adue- nit.] Quia quo amplior electoz nume- rus in celo congregat̄: eo celerius repro- bi ab ecclesia: tanq̄ sacramenta inutilia amputant̄: vt & mundus citius finiatur. Sequitur.

**R** Vox turturis audita est in

terra nostra.]

Quid per turturē: nisi ecclesia? Quid per terram sponsi: nisi vita illa beata desi- gnat̄? Sed vox turturis in terra sponsi au- dita esse dicit̄: quia dum p̄ desiderio suo sancta ecclesia deprecatur: a xp̄o in celo cle- mentissime audit̄. De quo recte subdit̄.

**S** Ficus ptulit grossos suos.]

Quia sancta ecclesia martyres suos ad eternā patriam premisit. Post quos:

**V** Vinee florentes odorem de- derunt.] Quia per vniuersum mundū exempla bonoz operum exercuerūt. Vi- nee vtiq; flores producūt: cum singule ec- clesie animas infideles ad fidei nouitatē per baptisimū educūt. Sed flores ip̄i odo- rem proferūt cum credentes anime exem- pla bona per suauem opintonē sibi iuicē & alijs aspergunt. Sed quia xp̄us vtroz modo exhortatiōis nos trahit: vt videlicet & preceptis nos amoneat: & exemplis sanctorum nos erigat. Idcirco sponse sue prius vt surgeret ammonēdo precepit: et deinde exemplū sanctorū ad cognitionem adduxit: & post exemploz exhibitionē ite- rum se ad precepti cōmonitionem cōuer- tit dicens:

**V** Surge amica mea: soror mea: & veni columba mea in fo- ram inibus petre in cauerna ma- cerie.] Surgit anima cū a peccati perpe- tratiōe se erigit. Venit cū per bona opera desiderij sancti passib⁹ sanctis ad celestia tendit. Sancta etem mens cum preterite vite turpitudines aspicit: cū peccata sua enumerat que fecit: mox secū in consciens- tia erubescit: & quecūq; in mundo dilexe- rat: ad odiū sibi transferens fletibus se pu- nit: & ip̄a penitentia facta robustior ab om- ni inquinatiōe etiā exilit: & ab omni torpo- re negligētie se excutit: vt iā infimis cogi- tatiōibus nō iaceat: sed ad appetēda inui- sibilia per sancta desideria se extēdat. Hec itaq; mens surgit & venit: qz & a torporis infirmitate per cōpunctionē se erigit: & in

sanctis studijs se exercēs: ad eterna pedibus amoris currit. Per foramina autē petre vulnera manū xp̄i in cruce pendētis libēter intellexerim. Cauernā vero macerie vulnus lateris quō lācea factū est: eodē sensu dixerim. Et bene colūba in foraminibus petre: et in cauerna macerie esse dicitur: quia dum in crucis recordatiōe patiētiam xp̄i imitat: dum ip̄a vulnera propter exemplū ad memoriā reducit: quasi colūba in foraminibus petre: sic simplex anima in vulneribus nutrimentū quo cōualescat: inuenit. Possunt tamē per foramina petre incarnatiōis xp̄i sacramēta signari: et per cauernā macerie ip̄a protectio angelice custodie figurari. In qua custodia cū anima ponit: bene ei a sponso dicitur:

**Et ostende mihi faciē tuam: sonet vox tua in auribus meis.** ] Quid em̄ per faciē: nisi fidem qua a deo cognoscimur: accipim? Et quid per vocē: nisi predicationē intelligimus? Sed precipit sp̄s: ut ei sponsa faciē suam ostēdat: quia quicūq; se fidem dicit habere: necesse est: ut bonis operibus se exerceat: ut in operibus exterioribus fides interior innotescat. Sed et opera: necesse est ut vox predicationis sequat: quia quicūq; in sanctis operibus perfecte se dilatat: cōsequens est ut ad eandem faciēda proximos quosq; exhortetur. Ideo sequitur:

**Vox enim tua dulcis: et facies tua decora.** ] Tūc enim et vox placet: et facies decorat: quā et opa predicationis sequitur: et rursus predicationē bona opera comitant: huiusmōi predicatoribus consequenter dicitur:

**Capite nobis vulpes paruas: que demolunt vineas.** ] Per vulpes heretici: per vineas singule ecclesie designant. Sed vulpes vineas demoluntur: quia per hereticos ecclesie a recte fidei viriditate exsiccant. Que bene paruule dicunt: quia quāuis contra veritatē intus superbiāt: exterius in verbis tamen humilitatē per simulationē sectant. Que

tūc a sanctis p̄dicatozibus capiūtur: quādo instante altricatiōe sententijs veritatis cōvincunt. Predicatores quippe sancti aliquādo canes per similitudinē dicitur: quia predicationibus assiduis quasi latratibus importunis: aduersarios quosq; a grege ouium arcere nitunt. Isti canes vulpes xp̄i capiūt: quia ducem suū dum fideliter diligūt: pro eius amore laborātes: tergiversantes hereticos ab inuolutiōibus questionū: quasi a tenebrosis caueis ad lucem veritatis educūt. Qualiter vulpius demolitio timeat: manifestat cū dicit:

**aa Jam vinea nostra floruit.** ] Vineam quippe floruit: quia sancta ecclesia per baptismū filios ad dei nouā conuersationē perduxit. Quibus timendū est: ne ab hereticis deprauent: quia dū quicq; fideles innouitatē christi regenerant: quo quisq; tenerior est: eo citius ad puritatē seducit. Floribus omnino timendū est ne pereāt: quia dum adhuc quisq; ad perfectionē per exercitiū diuturnū non conuuluit: facile si a dente venenoso mordeat ab hoc quod nactus fuerat: euanescit. Perfecta em̄ queq; ania in quo se iam diu exercuit: facile nō amittit: qui a quo frequētius palato intimo q̄ dulcis sit dominus gustauit: eo constantius sponsi rectitudinē tenet: et distorta fastidit. Que psequitur conueniēter: et dicit:

**bb Dilectus meus mihi et ego illi.** ] Ac si diceret: Dilecti mei amicitia constāter teneo: quia eius constantē benivolentiā erga me sentio: quia dū eius familiaritatē benignā habeo: durū est quod ei aduersum inimicos latrātes audio: et dum in eius assiduitate qualis sit video: si quid erroris proferūtur aduersarij a veritate q̄ in eius visione cognoui nō recedo. De quo bene sequitur:

**cc Qui pascitur inter lilia: donec aspiret dies: et inclinentur vmbre.** ] Quid per lilia: nisi mūde anime designantur? Que dū castitatis candorē retinent: per bone fame opinionē proximis quibus

q̄ suauiter olent. Inter lilia sponsus ergo pascit: quia proculdubio animarū castitate delectat: que et in se mundiciā carnis conseruat: et per nitidas cogitationes corā eo placet: et extra proximis quasi odoris suauitatē donant. Dies vero aspirabit: et vmbre inclinabunt: quādo vita eterna apparebit: et presens vita finietur. Hic quippe nox est ibi dies erit: quia hic in visione veritatis caligamus: vbi deus ipse tota veritas mētibus elucebat. Ad hanc proorsus diē sancte anime enitunt: vt perueniant propter hāc iusticiā illibatum: in quantū possunt conseruat: et quia sine xp̄o nihil possunt eius auxiliū inuocant: eius familiaritatē desiderant. Quarū dū mentem cōsiderat: prope est benignus et adiuuat: et quo amplius proficiūt: familiarius semper amat: donec finitis tenebris mundi ad vitē eterne lucez perfectas educat. Quā lucem quia valde desiderat: eanq̄ cum dñs ad iudiciū venerit: videndā esse putant. Idcirco cū desiderio dicit: **dd Reuertere: similis esto capree: hinnuloq̄ ceruorum super montes bethel.]**

**A** nobis dilectus corporaliter tūc abiit: quādo post resurrectionē in celū ascendit. Tunc autē reuertet quando in fine mundi resuscitatis corporibus hominū omnib⁹ in iudicio manifestabit. Qui vere similis capree et hinnulo ceruorum apparebit: quia in carne nostra veniens ad iudiciū omnibus se mōstrabit. Per capreā enim que mundū est animal: ecclesia designat: que dum in celestibus mēte habitat: quasi in montibus pascit. Per ceruos autē quid aliud q̄ patres antiqui designant: ex quo rū carne xp̄us natus: quasi hinnulus ceruorum mūdo est presentatus. Bethel autē domus dei interpretat: que bene ecclesia dei dicit: qz in ea minus habitat vuz per fidem corda nostra mundant. Super montes ergo bethel simul capree hinnuloz ceruorum apparebit: quia in eadem humanitatis forma ad iudiciū veniet: quam

ab ecclesia sumpsit: quando in hoc mūdo ex patrū progenie: quasi hinnulus ex ceruis natus fuit. Que vere et similis capree et super montes apparebit: quia ex humanitatis quidem similis ecclesie erit: et tamen super ipsos summos: qui quasi montes excellunt: in ecclesia sublimior eminebit. Qui dum venire moxerit: quia cum semper sancta anima perquirere nititur. Ideo sequitur. **A**

## Capitulum. III

**I**n lectulo meo per noctes quesui quem diligit anima mea.]

**L**ectulū sibi sancta anima in nocte facit: dum omnes perturbatiōes mundi fugiēs: secretum componat in quo requiescit. In hoc lectulo quem diligit: querit: quia dū ab omnibus sollicitudinibus mundi vacat: in eius inquisitiōe quomodo ad illuz perueniat non quiescit. Notandū est autem: quia per noctes querit: qui modo in hoc mūdo viuit: et perfecte tenebras temporalitatis a se non excutit. Quas quo grauiorē patitur: eo feruentius queret eum: quo inuento tenebras amplius non patit. Sed quia quē querit: nunq̄ perfecte in hoc mūdo inuenit. Ideo subiungit. **B** Quesui illū et nō inueni.]

Quia vero maximo desiderio estuat: et quicquid tenet ei non sufficit: donec vltimum inueniat: ideo constantiam inquisitionis subiungit dicens:

**L** Surgam et circuibo per ciuitatem: per vicos et plateas: que ram quē diligit anima mea.]

Quid per ciuitatē in hoc loco nisi ecclesiam: quid per vicos ciuitatis: nisi spirituales quosq̄ accipimus? Qui dum ad celestia toto corde gradiūtur: angustā viam tenent qua ad vitam perducant. Per plateas autem seculares designant: qui dum voluptates suas multas sequuntur latas vias gradiūtur. Surgit ergo sponsa

et ciuitatem circuit: quia perfecta anima que inuisibilia fastidit: omnes sanctos qui sunt vel fuerunt in ecclesia mente cōspicit: si quid forte in eorum actibus reperire poterit: quod imitando ad sponsi inuentio- nem aliquando venire possit. Per vicos autē et plateas querit: quia dum per bo- norū imitationē ad dilecti familiares am- plexus puenire satagit: non solū in spūali- bus: sed in ip̄is carnalibus aliq̄n inuenit: quod imitari digne possit. Sed postq̄ la- borez geminatū inquisitionis insinuauit: iterū difficultatē inuentiois subdit dicēs:

**Q**uesiui illū et non inueni.]

Sed dum querit et nō inuenit: ip̄a etiam querit et inuenitur. Ideo subdit:

**E** Inuerūt me vigiles qui cu- stodiunt ciuitatem.]

Quid per vigiles: nisi doctores eccle- sie designant? Quia dum lucrandis ani- mabus et scriptis et dictis inuigilant: vbi desiderij aliquantū sentiunt: augmenta- re ad melius nunq̄ cessant. Hi sponsam querentē inueniūt: quia p̄m xp̄m inue- nire satagentē excipiunt: et vt citius inue- niant: preceptis instruunt: exemplis accen- dunt. Quos ille interrogās dixit:

**S** Num: quem diligit anima mea: vidistis?

Bene eos interrogare dicit: quia dū eo- rum scripta vel verba vigilāti studio per- scrutat: tanq̄ presentibus: etiam absentibus animi intentioe loquēs: quid de xp̄o senserint: suscitaf. Quia vero dum in eos omnino intendit: nunq̄ sponsus inuenit: consequēter subiungit.

**S** Paululū cum pertransissem eos inueni quē diligit aīa mea.

Paululū vigiles transit et dilectū inuenit qz dū eos puros hoīes esse cogitat: ad dei- tatē mentē erigit: ibiqz sponsū suū supra homines patri equalē cognoscit. Quem tunc inuenisse se dicit cum sanctis labori- bus adiuta in eius deitatis claritatē ocu- lum fidei tanq̄ per speculū contemplan-

do aliquantulū figit. Et tantillū quanta auuiditate mētis suscipiat: ostendit dicēs:

**H** Tenui illum nec dimittam: donec introducam illum in do- mū matris mee: et in cubiculum genitricis mee.]

Matris sponse synagoga extitit: quia ex ip̄a predicatorum habuit: ex quibus verbū veritatis suscepit: per quod in fide rege- nerata fuit. Tenet ergo sponsus ecclesia donec in domū matris eum introducat: quia vsqz in finē mūdi ad eius fidei amo- re non recedit: donec ad fidem iudeos ad- ducat. Nō q̄ postea recedat: quippe que in exilio diligit: in patria vidēs amplius amabit. Sed de illo tempore dici debuit de quo a quibuslibet ppter obsistentes tē- ptationes dubitari potuit. In domū ergo matris dilectū introducet: quando in fine mūdi ecclesia per predicationē in plebem iudaicā xp̄iana sacramenta immittet. In cubiculū autem quasi in secretiorem par- tē domus eum introducet: quia ex eadem plebe ita plurimos conuertet: vt omnes mūdi sarcinas abiciant: et in intimis co- gitatiōibus soli deo placere concupiscāt: huiuscemōi homines cubiculum facient sponse: quia dum a se omnes sordes cupi- ditatis abiciant: quasi secretū locum in- mente in quo delectetur component. A quoz in quietatiōe in eis delectabiliter pausans sponsus improbus prohibet ite- rum dicens:

**I** Adiuro vos filie hierusalem ne suscitatis neqz euigilare facie- tis dilectā donec ip̄a velit.]

In hoc vtiqz ostendit: quia eiusdē perfe- ctiois quosdā de synagoga post conuer- sionē inueniet: cuius de ecclesia q̄pluris- mos inuenit: dū in eoz quiete similiter de- lectatus ab eis inquietatores phibet: si- cut ab ecclesia phibuit. Introdacta ergo ad fidem synagoga ecclesie mentem per opera que videt: cōspicit: et sublimitatem eius valde ammirans dicit:

**I**ta que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumus ex aromatibus mirrhe et thuris: et uniuersi pulueris pigmentarij. In deserto utique in hoc mundo ecclesia: siue sancta queque anima uiuit dum a regno exul: inter bestias demones uel delicta degit. Hic enim et si non omnino a sponso deserit: tamen quia dum in carne est nondum ad certam eius uisionem admittit: dum ab eo per exilia et temptaciones peregrinat: quia dum adhuc cum eo non regnat: deserit ab eo sibi uideat. Ob hoc semper laborat ut ostendat: ut quem ualde diligit: magis ac magis sentiat: quatenus quoniam perfecte eum in deserto non tenet: uel ipso eius desiderio se reficiat: ut sic in uia roborata: quandoque ad hoc quod diu concupiuit perueniat. Sunt quippe nonnulli qui dum omnia inuisibilia fastidiunt: mentem in celestia erigunt. Et quia in infimis nihil quod eis dulcescat conspiciunt: totum cor ad superna mandata conuertunt. Hi ab omnibus malis moribus se exuunt: censum mundi cum cupiditatibus contempnunt: spe ad inuisibilia tendunt: et quo ampliori desiderio illis inheret: eo magis ac magis moleste in corruptionem ferunt quam habent. Hi nimirum per desertum ascendunt: quia dum in hoc mundo inter temptaciones uiuunt: quo amplius dum hic morantur: deserit metaunt: fortius ista deserant: et ad illa gradiuntur: in quibus cum fuerint: nihil amplius quam eos ammoueat: iam timebunt. Bene autem sicut virgula fumus ascendere dicuntur: quia et odorem bone fame: et subtilitatem mentis habere dicuntur: non autem quarulibet rerum fumus iste dicitur: sed ex aromatibus mirrhe et thuris: et uniuersi pulueris pigmentarij existere declaratur. Mirra quippe mortuorum corpora conduntur ne putrescant: thura uero accenduntur: ut redoleant. Per mirram ergo carnis mortificatio designatur. Per thus uero orationum mundicia intelligitur. Sancta igitur anima dum carnem suam a putredine uiciorum mortificat: dum omnes mundi uoluptates per continentiam abnegat: quasi mirram mortuo corpori

adhibet: ut post iudicium a corruptione eterna sanum permaneat. Cum uero se ad celestia maioris desiderio accendit: et a cordis cubiculo omnes superfluas cogitationes feruenter abijcit: quasi thuribulum cor suum coram deo facit. In quo dum per dilectionem uirtutes congregat: quasi carbones in thuribulo coaptat: in quo seipsum mens in conspectu dei igne charitatis accendat. Dum feruentes et mundas orationes ad deum emittit: quasi fumum aromatatum ex thuribulo educit: ut coram dilecto suaue redoleat: et proximis quosque ad eius amorem per bona exempla concitare non desinat. Sed notandum quod non ait: uniuersi pigmentarij. Pigmenta quippe facimus: quando uirtutes congregamus in corde. Quando uero ipsas nostras uirtutes per singula queque opera diligentius retrastamus: ne quid in operibus nostris incultum remaneat: ne inter uirtutes uicium lateat: tunc proculdubio unguenta uirtutum quasi in puluere tundimus: ut eo mundiora sint opera nostra: quo subtilius ea ab omni subreptione uiciorum discernere non cessamus. Quinque modum mentes dilecto suo delectabiles se per eius gratiam faciunt: et dum ab omni mundano streptu se diuidunt locum in quo sponsus requiescat: in seipsis componunt. De qua requie subditur:

**¶** *In lectulum salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel.* Salomon quippe pacificus interpretatur. Quid ergo per salomonem: nisi christus intelligitur: de quo scriptum est. Ipse est pax nostra: qui fecit utraque unum. Salomoni ergo lectulum facimus: quando a mundi sollicitudinibus omnino cessamus: dum in solo desiderio christi libenter pausamus: eoque ut nobiscum pauset cor ab omni terrena cupiditate mundamus. Denarius autem numerus si per senarium numerum multiplicetur: nimirum sexaginta complentur. Per denarium itaque decalogum legis accipimus. Per senarium autem totum hoc tempus intelligimus: quod sex diebus operatorijs uolui uidemus. Per sexaginta igitur fortes omnes perfectos:



qui fuerunt ante nos in ecclesia intelligimus: qui dū decē precepta legis quo spiritalius eo fortius in sex diebus cōpleuerūt: quasi sexagenariū numerū perfece-  
runt. Hi lectulū salomonis ambiūt: quia mentē sanctam: in qua xp̄us pausat verbis et exemplis muniūt: quibus ab aditu mentis venientes hostes repellūt: dum ip̄am mentē exemplis sustinent: scriptis erudiunt.

**Ab** hi tenent gladios: et ad bella doctissimi existunt.]

Quia dum ad verbū dei opere cōplent: quod corde sciūt: magis ac magis semper docti hostem suū demonē: scilicet sapientia et fortitudine vincūt. Per gladiū em̄ verbū dei designat. Per manus autē quibus gladios tenent: ip̄a opera figurant. De quibus bene subditur.

**A** Uniuscuiusq; ensis super femur suum: propter timores nocturnos.

Quid per ensē: nisi rigore cōuersationis? Et quid per femur: nisi carnis appetitus accipimus? Electi ergo quicq; qui iā ad perfectionē vite profecti sunt: semper ensē super femur suū ferunt: quia rigore cōuersationis appetitū carnis assidue frangūt: ne hostis quē in nocte huius mūnimentis: repente veniēs mollem aditū inueniat: et per voluptatis mollicitē: eo facilius quo voluptuosiores inuenerit: ad grauiora peccata perducatur. De laude itaq; salomonis adhuc subdiē cum dicit:

**F**erculū fecit sibi rex salomon de lignis libani. Columnas eius fecit argēteas: reclinatoriū aureū: ascensum eius purpureū: media charitate p̄struit propter filias hierusalē.]

Ligna libani imputribilia esse asseruntur. Ferculū fecit sibi rex salomon de lignis libani: quia scdm̄ presciētie sue gra-

tiam: xp̄s sanctā ecclesiā de in eternū petris mansuris sanctis cōstrinxit.

**P** Columnas eius fecit argēteas.]

Quia eidem ecclesie predicatorum dedit: qui et ut etiam exemplis sustentaret: magna iusticie, rectitudine roborauit: et ut predicationibus erudirent: nitore eloquii quasi splendore argenti decorauit.

**R**eclinatoriū argēteū fecit.

Quia dū in cordibus perfectorum resplenduit: eis diuinitatis sue potentia per contemplationē ostēdit. In qua cōtemplatione dū eis pulchritudinē celestium gaudiorum monstrauit: quasi reclinatoriū ex auro eis cōposuit: quia locū in quo se refocillantes requiescāt: apposuit. Quod reclinatoriū bene aureum esse dicit: quia melior est sapientia cūctis opibus: et omnia que desiderant ei nō possunt comparari. Ad hoc reclinatoriū multis laboribus peruenit: multis tribulationibus ascendit. Ita ut si necesse fuerit etiā sanguis effūdi permittat. Ideo ascensus recte purpureus esse dicit. Dū em̄ sancti quicq; martyres propter vitā eternā corpora sua ad supplicia tradiderūt. Dum flagella eculeos: ignes: gladios: et alia innumerabilia tormēta patienter pertulerūt: nōne ad reclinatoriū istud ad beatā sc̄z vitam per ascensum purpureum ascenderūt? Sed nos miseri quid agimus? qui in hoc ferculo colūpne argentee nō sumus: quia sanctā ecclesiaz nec exemplis sustentamus: nisi predicatione docemus. In ea reclinatoriū aureū nō habemus: quia terrenis cogitationibus inuoluti: ad splendore sapientie per cōtemplationē non assurgimus: ascensum purpureū nec cognoscimus: quia voluptatibus vacantes: labores et persecutiōes pro eterna beatitudine ferre recusamus. Consolatē nos aliquantulū quod de hoc ferculo subditur.

**R** Media charitate construit: propter filias hierusalem.]



Quid enim per filias hierusalē: nisi cum non filios sed filias dixerit intelligimus: nisi nos debiles: quā in ecclesia: nō virt: sed femine sumus? quia contra vicia fortiter nō reluctamus: viriliter resistimus: inutiliter subiacem? Hierusalē enim visio pacis interpretat: per quā ecclesia quā est mater nostra designat: eo quod assidue pacē perpetuā contemplant. Si ergo nos in ferculo regis colūpne argenteae non sumus: reclinatorium aureū non habemus. Per ascensum purpureū ascendere nō valemus: saltem charitatē que cōmunis omnibus electis que quasi in medio posita est: teneamus. Per hanc quippe rex salomon nos in ferculo suo esse cognoscit: quia in eo cū columnis argenteis cū reclinatorio aureo cū ascensu purpureo: propter filias hierusalē: etiā media charitate cōstruit: quia cū summis ecclesie mēbris ad eandē sponsi beatitudinē peruenimus: si charitatē indefessam obseruamus. Sequitur:

**R** Egredimini filie sion et videte regem Salomonem in diademate: quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius: et in die leticie cordis.]

Mater xp̄i beata maria esse credit: que coronauit eū diademate: quia humanitatem nostrā ex ipsa ipse assumpsit: sicut in euangelio recitat. Et hoc in die desponsationis eius: et in die leticie cordis eius factū esse dicit: quia quando vnigenitus filius dei deitatem suam humanitati nostre copulare voluit: quando per bonā voluntatē suam tempore oportuno ecclesiam suam sibi assumere placuit: tūc cum charitatis exultatione carnem nostrā ex matre virgine suscipere voluit. In qua cū doloribus pro tempore viuēs: de redemptione nostra vehementer exultauit. Sed cū diadema pro gloria assumpserat: in humanitatis autem susceptione nō gloria verbi dei: sed humilitas esse cognoscit: quomodo in humilitate nostra quasi dyademate coronatus fuisse

dicitur. Sed cum ipsa eius incarnatio vere gloria nostra fuerit: quia membra eius sumus propter cōmunionē corporis dyadema membrorum bene capitū scriptura prescripsit. Hic itaque: quia a sponsa laudatur: et ipse vicissim sponsā laudare dignat dicens

### Capitulū III B

**Q**uam pulchra es amica mea: quā pulchra es et decora: oculi tui columbarum: absque eo quod intrinsecus latet.]

Quia hec superius exposuimus: ut possumus: nūc eadem repetere propter breuitatē seruandā deuitamus. Sed quia adiunctū est absque eo quod intrinsecus latet breuiter videndū est: quomodo superius adiungat. Pulchra est ergo sponsa et oculi eius columbarum: absque eo quod intrinsecus latet: quia valde honestū est quicquid in exterioribus operat: quod simpliciter inter homines conuersat: quod ea que videt temporaliter concupiscere dedignat. Etsi quid tamen in hoc mūdo placet: post concupiscentias suas ire detestatur. Sed vehementer pulchrius et honestius est: quod cordis desiderium illibatū retinere conat: quod eterne beatitudinis claritatē in mente retinet: et erecta contemplant: quod in his que interiorius videt: suaviter requiescit: et mūdatur. Sequitur.

**B** Capilli tui sicut greges caprarū: que ascenderunt de monte galaad.]

Si per oculos predicatorum ecclesie designant: quia ceteris viam ostendunt: bene per capillos populi figurant: qui eidem ecclesie ornatū tribuunt. Capilli ergo sponse sicut grex caprarū esse dicunt: quia populi ecclesie dum precepta legis ruminantes celestia fide contemplant: mūda sunt animalia et in altis pascunt. Galaad autem acervus testimonij interpretat. Quid autem per acervum testimonij: nisi multitudinē

martyrū intelligimus? quia dum fidem  
p̄p̄t in superabiliter tenuerūt: eos testimo  
niū veritati etiā per mortē suā perhibuiss  
se scimus. Rex itaq; ille caprarū de mon  
te galaad ascendit: quia populus ecclesie  
eo magis fide se ad eterna suspendit: quo  
fortius sanctos martyres eidem fidei testi  
moniū perhibuisse sciuit. Sequit̄.

**L** Dentes tui sicut grex tonsa  
rū: que ascenderūt de lauacro.]

Sicut per oculos predicatorēs intellis  
gunt: quia per eos ecclesia illuminat simi  
liter et dentes eiusdem possunt dici: quia  
per eos infideles consumuntur: et paruuli  
nutriuntur. Dentes quippe sancti predi  
catores vocantur: quia dum sanctā scriptu  
ram exponēdo minoribus fratribus eluci  
dant: quasi panē paruulis: tanq̄ matres  
filijs cōmasticant quo infirmi ad fortiora  
cōualescant. Hi nimirū bene sicut grex tō  
sarū que ascenderūt de lauacro esse dicū  
tur. quia dum se a peccatis omnibus in ba  
ptismo ablutos esse recordantur: libenter  
onera mūdi deponūt: vt ad celestia conse  
quēda et predicāda: quo liberius: eo faci  
lius gradiunt̄. De quo subdit̄.

**D** Omnes gemellis fetibus: et  
sterilis non est inter illas.

Gemellos fetus omnes sancti predicatorēs  
res habēt: quia vix in duobus preceptis  
charitatis ceteros homines supereminēt  
geminā dilectionē predicāt: et in eo duos  
populos iudaicū et gentilem gignere non  
cessant. Inter quos nullus est sterilis: qz  
profecto predicator nō est dicendus: si fili  
os spirituales gignere p̄tempnit. De qui  
bus adhuc subdit̄:

**L** Sicut vita cocciea labia tua  
et eloquiū tuum dulce.]

Idem predicatorēs labia ecclesie dicun  
tur: quia nimirū per eos populis precepta  
vite loquit̄. Qui bene sicut vita dicunt̄:  
quia dum fluxas cogitatioēs in cordibus  
hominū suis predicatioibus restringunt:  
quasi sparso crines ne immoderate des

fluant reprimūt. Sed quid est q̄ nō tan  
tum vite: sed cocciee comparantur: nisi qz  
per cocciū flamma charitatis intelligitur?  
quia illi ardent et per eos alij accendunt̄:  
per quos eloquiū sancte ecclesie dulcora  
tur: quia dum que dicunt faciunt: predicatio  
nes suas hominibus quasi sapidas estas  
apponūt. Sequitur.

**S** Sicut fragmen mali pomi:  
ita gene tue: absq; eo quod intri  
secus latet.]

Quod per genas ecclesie: nisi ip̄os pre  
dicatores intelligimus? quia dū in popu  
lis: vt eis proficiat eminent: quasi in facie  
ecclesie manifesti apparēt. Per malū au  
tem punicum ipsa ecclesia designat: quia  
dū multos populos in vnitae fidei nutrit  
quasi multa grana sub vno cortice strigit:  
quia dū grana diuino seruitio ceteris for  
tius affligūt: dum se vt omnia mūdana cō  
tempnūt: dum volūtates suas abnegant:  
et vicia sua omnino mortificāt: ceteros ex  
tollant: et seip̄is humiliāt: dum per exem  
pla sua ceteros nutriūt quasi fracti et apti  
se cibos offerūt. Sed quis magna sint q̄  
extrinsecus apparēt: maiora tamen in oc  
culto retinent: que diuini oculi soli vidēt  
Ideo subiūctum est. [ Absq; eo quod in  
trinsecus latet. ] Sequit̄.

**S** Sicut turris dauid collum  
tuum: que edificatur cum pro  
pugnaculis.]

Collum quippe extendimus: quando  
longius p̄spicere volumus. Propter ali  
ud ergo sancti predicatorēs oculi: p̄pter  
aliud dentes: propter aliud autem genes  
et collum: propter aliud conuenienter vo  
cantur. Bene igitur sicut turris dauid:  
collum sancte ecclesie dicitur: quia san  
cti predicatorēs procul venientes hostes  
sancte ecclesie speculantur: et fortiter re  
sistunt: si quid in eo ledere conantur et li  
bere terrena despicientes: celestia con  
templantur. Collum ergo propter hostiū  
speculationē: turris vero dauid propter

fortitudinē et propter excelsam celestium gaudiorum contemplationē. Que turris recte dauid esse dicitur: quia dauid manu fortis interpretatur: per quod christus significatur: cuius est quicquid forte et excelsum operatur. De qua subditur.

**¶** Que edificatur cum propugnaculis. Ab ille clypei pendet ex ea omnis armatura fortium.]

Cum propugnaculis turris dauid edificata dicitur: quia sancti predicatorum contra aduersarios homines si necesse sit: miraculis armanter. Contra vicia autem se clypeis muniunt: quia ne spiritualibus hostibus succumbant: virtutibus se defendunt. In quibus omnis armatura fortium pendet: quia quisquis hostium cuneis: fortiter resistere vult: in eis exempla videt: quibus armatus hostes strenue valet superare. Nil aliud autem hic pro perfectione ponitur: quia in millenario numero omnes numeri perfecte complentur. Sequitur.

**¶** Duo vbera tua sicut duo hinnuli capree gemelli: qui pascuntur in lilijis donec aspiret dies et inclinentur vmbre.]

Per duo vbera duo predicatorum ordines: unus in circuncisione: alius in preputio designantur. Qui bene sicut duo vbera hinnuli capree dicuntur: quia et filij synagoge existunt: et in motibus contemplationum pascuntur. Gemelli vero ideo dicti sunt: quia concorditer predicant: et concorditer sapiunt. In lilijis vero pascuntur: donec aspiret dies et inclinentur vmbre: quia mundiciam infatigabiliter sectantur: donec in die iudicij premia recipiant: que in labore noctis assidue contemplantur. Sequitur sponsus dicens:

**¶** Veni ad montem mirrhe: et ad collem thuris.]

Quid per montem mirrhe: nisi forte altitudinem mortificationis in opere? Et quid per collem thuris intelligimus: nisi altam humilitatem in oratione. Ad montem ergo

mirrhe: et ad collem thuris sponsus vadit: quia eos familiariter visitat: quos per mortificationem vicioz ad alta proficere: et per mundas et humiles orationes suaviter redolere prospicit. His quippe virtutibus sancta ecclesia: vel vnaqueque anima munda efficitur: quia dum per voluptatum mortificationem viciis reluctatur: et per sanctas orationes frequenter lachrymis abluitur: sordes lauacri sponso placeat: quia pulchra apparere conatur. Cuius conatum ad effectum sponsus per gratiam suam ducit: opusque suum in sponsa benigne laudat dicit.

**¶** Tota pulchra es amica mea: et macula non est in te.]

Cum scriptum sit: Nemo vivit sine peccato: nec infans cuius vita est unius diei super terram. Quid est quod sponsa tota pulchra esse dicitur: in qua macula non habetur? Alii ubi quippe scriptum est. Stelle non sunt munde in conspectu eius. Et alibi. In multis offendimus omnes. Et iohannes apostolus ait: Si dixerimus: quia peccatum non habemus: veritas in nobis non est. Et idem. Si dixerimus: quia peccatum non habemus: mentimur: et veritatem non facimus. Sed dum sancta anima a peccatis quotidianis se per penitentiam mundat: dum quotidie peccata minuta cum lachrymis abluit: et a maioribus se observat: quantum frequenter peccet: per assidua tamen penitentiam mundiciam suam assidue servat. Hinc enim alibi precipitur. Semper sint vestimenta candida. Et illud. Iustus autem ex fide vivit. Quis enim mox ut peccat: a iusticia deviet: tamen dum semper credit in eum qui iustificat impium: et assidue sub eius fide peccata sua desinet per assiduas ablutiones iusticiam suam retinet. Se igitur ita mundanti sponse consequenter dicitur:

**¶** Veni de libano sponsa mea: veni de libano: ubi coronaberis

Libanus quippe dealbatio interpretatur. Quid ergo per libanum: nisi baptismum intelligitur: in quo sancta ecclesia, aqua abluitur: a peccatorum ingredine per spiritum sanctum

etum quē recipit: et per xpi fidem dealba-  
tur. Unde scriptū est. Asperges me dñe  
ysopo et mūdabor etc. De libano ergo san-  
cta ecclesia ad coronam venit: quia in xpi  
baptismo fidē precipit sub qua cū xpi gra-  
tia mereat: ut premiū percipere possit. Sz  
quid est q̄ dicit: Veni? nisi q̄ in fide et in  
spe et in charitate quicquid operat: subsi-  
stet: ut his tribus munita virtutibus ro-  
bur habeat: per inuia nō lacescat. De fide  
enim dicit. Fide mūdans corda eoz. Et  
iterum. Sine fide impossibile est placere  
deo. De spe autē dicit: Non confundent  
omnes qui sperant in te dñe. Cui iterū di-  
cit: Quis est in te sperans: et derelictus  
est? De charitate autē dicit: Caritas ope-  
rit multitudinē peccatorū. Et iterū. Si di-  
stribuero omnes facultates meas in cibos  
pauperū: et si tradidero corpus meū ita ut  
ardeā: charitatē autem nō habuero: nihil  
sum. Et iohānes apostolus. Deus chari-  
tas est. Potest tamē et aliter intelligi: q̄  
ter dicit: veni. Venit spōsa sancta ad xpm  
dum in hoc mūdo viuēs: bona que potest  
operat. Venit quādo in hora mortis ani-  
ma videlicet sponsa a carne exiit. Venit  
tertio: quādo in iudicij die vltimī carnem  
resumit: et cum xpo thalamū celestē ingre-  
dit. Ibi quippe omnium laborum suoz pre-  
mia consequit. Ibi iam omnino prostratis  
et exclusis hostib⁹ gloriose coronat. Ideo  
ei hic per promissionē dicit:

**A** Coronaberis de capite am-  
mana: de vertice saur et hermon:  
de cubilibus leonum: de monti-  
bus pardorum.]

Quid per ammana saur et hermon noīa  
videlicet montiū: nisi potentes hui⁹ secu-  
li intelligunt? Qui quāto ditiores tanto  
excelsiores et firmiores apud infirmos es-  
se vident. Sed de his montibus sancta  
ecclesia coronat. Quia dum regnū predi-  
cat eternū: dum exemplo suo oīa que mū-  
di sunt vilia esse demonstrat: ipsos etiā po-  
tentes ad penitentiā inclināt: et sibi xpi p  
eoz acquisitione coronā in celestibus pa-

rat. Sic quippe fit: ut humiles superbos  
prosternāt: et infirmi excelsos inclinent.  
Ideo scriptū est. Omnis vallis implebit̄  
et omnis mons et collis humiliabit̄. Sed  
quid est q̄ non solū de montibus: sed etiā  
de capitibus montiū coronāda esse dicit:  
nisi q̄ impletū videmus: quia iam ipse ex-  
celsiores persone in xpm credūt: et eius p̄-  
ceptis per ecclesie p̄dicationē obediunt.  
Reges em̄ et imperatores xpo seruiūt: co-  
ronas deponūt: et per penitentiā in eccle-  
sia veniā petunt. Si itaq̄ per capita mō-  
tiū summas personas intelligimus: bene  
per cubilia leonū et montes pardoz: prin-  
cipes quoz et ministri designant: qui cru-  
delitati deseruiūt: et volositatib⁹ suis: qui  
quos nō possunt ledere decipiūt. Pardi  
quippe maculas in cute semper portant.  
Per quod quos alios q̄ hypocritas vel  
discordes significant. In illis quippe qui  
crudelitātē sectant: demones tanq̄ leo-  
nes cubant. In illi vero quasi pardi mon-  
tes edificāt: quos dū vicijs suis aliquas  
virtutes admiscere consentiūt: pro omni-  
bus bonis suis laudis gloriā affectare cō-  
pellunt. Hi itaq̄ vere pardoz varietatē  
sectant: qui dum cū virtutibus etiā vicia  
imitant: in vario corio coloris et dissimili-  
tudine diuidunt. Sed de cubilibus leo-  
nū et de montibus pardoz ecclesia corona-  
tur: quia dū per eius p̄dicationē et crus-  
deles ad pietatē: et hypocrite ad vite bus-  
miliū vnitatē conuertant. Pro his omni-  
bus premiū percipiet: quod meretur. Cui  
iterum dicitur:

**V**ulnerasti cor meum soror  
mea sponsa vulnerasti cor meū:  
in vno oculoꝝ tuorum: et in vno  
crine colli tui.

Per oculos sancte ecclesie predicatores  
sicut dictū est designant. Per crines ve-  
ro populi multitudo figurat: per collū au-  
tem sancta capitis et cordis cōiunctio des-  
monstrat: que fides ecclesie intelligitur.  
Per hāc enim caput et corpus cōiungun-  
tur: dum xpo quisq̄ tenaci⁹ inheret: quo

fidellor in bona conuersatione habet. In vno ergo oculoꝝ ⁊ in vno crine colli sponse sponsus vulnerat: quia profecto vltis ad mortē crucis afficit: vt vnitas predicatorꝝ ⁊ plebis in ecclesia confirmet. De cuius dilectiōe erga sponsum: iteruz subdit sponsus:

**P** **Q** pulchre sunt mame tue soror mea sponsa.]

Quid per mamas conuenientius in hoc loco q̄ ipsa dilectio dei ⁊ proximī: de qua superius dixim⁹ intelligit: per quas mēs sancta omnes sensus suos suauī dilectiōe nutrit: dum deo suo charitatis tenacitate conglutinat: ⁊ proximis si quid vtilitatis habet quomodolibet libēter impendit. Has mamas sponse quantū sponsus diligit in repetitiōe laudis: aperte manifestat dicens:

**Q** Pulchriora sunt vbera tua vino.]

Quod superius de sponsi vberibus diximus: hoc ⁊ hic cum sponsa loquit: intelligi posse estimamus.

**R** Et odor vnguentorꝝ tuorꝝ super omnia aromata.]

Per vnguēta quippe ipse virtutes que ex charitate oriunt: intelligunt. Habent quippe etiā reprobi: aliquādo aromata: quibus redoleat: quia virtutes quasdam possident: ⁊ bona opera perpetrāt. Sed quia sine charitate viuūt: in cōspectu dei nulla que faciūt placent. Unde in iudicio cū dicent: Domine: nōne in nomie tuo prophetauimus: ⁊ in noīetuo virtutes multas fecimus? Respondebit eis: Nunq̄ noui vos: discedite a me omnes operarij iniquitatis. Bene ergo vnguēta ecclesie super oīa aromata redolere dicunt: quia ⁊ si opera reproborꝝ aliquādo hominibus placēt. Hec que sancta ecclesia ex charitate cōficit: in diuinis naribus sine cessatione redolent. Sequit.

**S** Fauus distillans labia tua sponsa.]

Predicatores ecclesie bene labia sponse esse dicunt: qz per eos populis loquit: et per eos ad fidē paruuli quicq̄ erudiunt: dū per eos occulta scripture quasi cordis latētia manifestant. In fauo aut mel later ⁊ cera videt. Recte ergo sponse labia fauus vocant: quia dū in carnis fragilitate sapiētia magna habet: quasi mel in cera abscondit. Quādo vero electus quisq̄ p̄dicat: quādo celestia gaudia reuelat: tūc fauus distillat: qz quāta dulcedo sapiētie in corde lateat: per oris fragilitatē audientibus manifestat. Unde scriptum est. Habemus thesaurū istum in vasis fictilibus. Ideo subditur.

**L** Adel ⁊ lac sub lingua tua.]

Mimirū falsi predicatores mel in lingua portant: qd̄ sub lingua nō habent: qz celestia gaudia aliquādo predicāt tanq̄ veri sint: cū ipsi terrestris bona desiderijs appetāt. Sancta vero mens mel in lingua portendit: qz sapiētie dulcedinē loquēdo ostendit: q̄ veraciter predicās audientes tanq̄ mellis dulcedie reficit: lac gerit: qz cōgruenti sibi doctrina paruulos quosq̄ in ecclesia nutrit. Sub lingua autem hec oīa sibi ipsi reseruat: qz in eternā dulcedinē assidue secū portat. Dum em̄ terrena abijcit: dum vicioꝝ amaritudinē respuit. In interiorib⁹ sensibus sapiētie dulcedine se pascit: qua robur colligit: vt ad eterna gradiēs in labore: vie lassescere nō possit. Cui benedicat:

**U** Et odor vestimentoꝝ tuorꝝ sicut odor thuris.]

Quid per vestimēta hec: nisi sancta opera designant. Quibus precedentū malorꝝ turpitudine operis: ne videatur? Hinc em̄ scriptū est. Beatus qui vigilat ⁊ custodit vestimēta sua ne nudus ambulet: ⁊ videat turpitudine eius. Thuis vero per significationē pro oratiōe ponit: sicut scriptū est. Ascendat oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Sancta itaq̄ aīa in hoc mūdo qn̄ potest bona opera operat: ⁊ bene operās desiderio: ⁊ intentiōe sancta

se extendit: nihilque boni agit: nisi ea intentione ut ad celestia que diligit: quibus peruenire possit. Bene igitur odor vestimentorum eius sicut thuris esse perhibetur: quia in omnibus operibus suis orat: dum perueniendi intentione ea que ut bona operatur. Sequitur.

**X Ortus conclusus soror mea: ortus conclusus: fons signatus.]**

Ortus sancta ecclesia existit: quia dum populos multos in fide gignit: quasi flores pulchros bona terra emittit. Qui ortus conclusus bene esse dicitur: quia charitatis vallo circumquaque munitur: ne inter numerum electorum reprobis aliquis ingrediat. Unaqueque anima sancta etiam ortus conclusus esse intelligitur: quia dum bona sua intentione vite eterne abscondit: dum humanas laudes omnino contempnit: ipsa bona intentione se circumsepit: ne ad interiora rapienda hostis antiquus irrumperere possit. Fons etiam dicitur: quia dum celestia assidue cogitat dum scientiam scripturarum semper in ventre memorie congregat: quasi aquas viuentes sancta mens in se gignere non cessat: quas sitiētibus proximis prebere ut reficiantur: valeat. Unde scriptum est dicente domino: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei: non sitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Et alibi Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina aque viue fluent de ventre eius. Sed cur dicitur fons ille signatus: nisi quia sensus spiritualibus mentibus indignis absconditur. In fide enim homines domino dicitur. Spiritus autem ubi vult spirat et vocem eius audis: et nescis unde veniat: aut quo vadat. Et iterum scriptum est. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Quod etiam ibi lumen signatum: hoc bene percipit: id est fons signatus esse perhibetur. Sanctus enim spiritus mentem quam replet et illuminans irrorat: et irrorans illuminat: et ut de luce eius videat quid appetat: et de rore refrigeret: ne caleseat. Sequitur.

**Y Emissiones tue paradus malorum punitorum: cum po-**

**morum fructibus.]**

Quid emittit sancta ecclesia nisi cum sanctis operibus sancta verba quibus filios gignit et nutrit. Quorum dum alios usque ad martyrium perducit. Alios in sancta conversatione erudit. Hos sanguine martyrii rubentes ad eternam patriam transmittit: illos vero in sanctis operibus viuentes proximis in exemplum sanctitatis tradit. Quid aliud quam punica et pomorum fructibus emittitur? Mala punica enim sub rubeo cortice multitudinem granorum continent. Fructus vero pomorum in se refectiois dulcedinem habent. Sic sic martyres dum sub igne laborant: dum pro christo sanguinem exterius fundere non dubitant: multitudinem virtutum interius sibi congregant in mente. Sancti etiam quique qui in pace ecclesie viuunt: fructus pomorum gerunt: quia dum sancta opera faciunt proximis exempla tribuunt: quorum exhibitione quos se sequi volunt: reficiunt. Quot enim sunt in ecclesia sancti: siue igne passionis ardeant: siue in pace ecclesie quiescentes succrescant: sanctarum virtutum odorem tanquam suauitatis paradisum: et deliciarum constructuere in se dum viuunt non cessant. Cuius paradisi ubertatem demonstrat: dum sub voce sponsi per arborum nomina quasque virtutes designat dicens:

**Z Lipri cum nardo: nardus et crocus: fistula et cynamomum cum vniuersis lignis libani: mirra et aloë cum omnibus primis vngentis.]**

Quid enim per has diuersas aromatum species designat: nisi sanctarum virtutum odor et profectus qui in sanctis habetur? Ex his quippe speciebus regalia vngenta conficiuntur: ex his corporum sanitates inueniantur. Bene igitur virtutes animarum designantur: quibus congregatis et confectis: et bonis odor opinionis egreditur: et egris animarum competens sanitas reperitur. Sed adhuc laus ecclesie a sponso repetitur: cum subditur.

**aa Fons ortorum puteus aquarum uiuentium: que fluunt impetu de libano.]**

Recte in emissionibus ecclesie: fons ortorum et puteus aquarum uiuentium describitur. Quid enim per fontem et puteum: nisi sancta scriptura designat: que sic aquam sapientie generat: ut et potantes semper reficiat: et tamen manare non desistat. Que bene ortorum esse perhibet: quia illorum specialiter est sancta scriptura: in quorum mentibus uirtutum semina oriuntur. Sed querendum nobis est: quare fons et puteus utriusque simul scriptura dicat: cum fons in superficie appareat: puteus uero in imis latens omnes se querentes maiori labore exerceat. Sed sciendum est quod diuina scriptura in quibusdam manifesta existens: in quibusdam uero locis obscuram se prebens: et aliquando leuiter sicut inuenit: tanquam fons potat: et aliquando magna inquisitione eget: ut inuenta sumatur. Quia uero sancte scripture intellectus per aquam designat: ostendit alibi cum diuina uoce de reprobis dicit: Auferet dominus ab hierusalē: mittam eis sitim aque et famem panis. Et per esaiam dicit: Auferet dominus ab hierusalē: et iuda omne robur panis: et omne robur aque. Ubi notandum quod robur panis prius: et postea robur aque auferit. Dum enim grauius dicta scripture non perquirunt: ut mandant: paulatim a scientia decideret mens: ut aliquando non leuia etiam intellectu capiunt. Sed aque iste bene de libano fluere cum impetu dicunt. Libanus enim ut dictum est dealbatio interpretatur. In baptismo quippe dealbamur: dum amissa nigredine peccatorum ad mundiciam noue uite reformamur. De libano ergo aque putei fluunt: quia in baptismo electi quos donum spiritus sancti accipiunt: quo illuminati scripture sacre sensum intelligunt. Que scripture scientia tanto fluit impetu: ut electos dum tangit ab huius uite amore submoueat: et ad eterna gaudia impetu sui quosque adherentes traiciat. Hinc est etiam quod in psalmo scriptum est. Flu-

minis impetus letificat ciuitatem dei. Impetus enim fluminis ciuitatem dei letificat: cum per donum sancti spiritus fortiter inundans scripture sapientia sanctam ecclesiam ut cuiuslibet capiētis mentem infusione sua exhilarat. Ad cuius spiritus aduentum malignus spiritus increpat: cum his in subsequentiis dicitur.

**bb Surge aquilo et ueni auster perfla ortum meum: et fluent aromata illius.]**

Quid enim per aquilonem qui in frigore stringit: et torpentes facit: nisi immundus spiritus designat: qui reprobos omnes dum possidet a bono opere torpere facit. Per austrum uero calidum scilicet uentum: spiritus sanctus figurat: qui dum mentes electorum tangit: ab omni torpore relaxat: et feruētes facit: ut bona queque desiderant operentur. Hinc enim dicit: Conuerte domine a pietate nostra: sicut torrens in austro. Surgat ergo aquilo et uolat auster: et perflat ortum sponsi: et fluant aromata illius: ut uidelicet spiritus malignus ab ecclesia uel unaquaque electa anima discedat: et spiritus sanctus adueniat: qui ueniens charitatis ignem cogitationibus infundat: et a torpore negligētie dum se infuderit: soluat. Quod dum agit aromata fluunt: quia dum adueniente sancto spiritu cor quod prius torpuerat: ab ope se excitat: mox sancte operationis opiniones per primos quosque sua uiter discurrunt: ut quicquid ardentis ad easdem se accendant: et austro flante idem spiritus sancto se infundente uirtutum odores emittat: ut ubique sanctus ortus floreat: et post florē fructus redolentes et reficientes producat. In quem ortum sponsa dilectum inuitat cum subdit:

Capitulū V A

**Ueniat dilectus meus in hortum suum: et comedat fructum pomorum suorum.**

In hortum dilectus uenit et fructum comedit quando christus mentes uisitat: et bonorum



operū delectatione se satiat. Unde et idēz  
subijciens dicit:

**V**eni in hortum meum so-  
ror mea sponsa: messui mirrhaz  
meā cum aromatibus meis. Co-  
medi fauū cum melle meo: bibi  
vinum meū cum lacte meo.]

Mirrha dilectus cū aromatibus metit:  
quando xp̄us mortificationē vite ad perfe-  
ctionē perducta: electum suū ab hac vita  
succidens: ad celeste horreuz cum sancta  
opinione inducit. Fauū cum melle come-  
dit: quādo desideriuū sanctū in sanctis ope-  
ribus latens perficit: et ad sanctorū termi-  
nū sanctam animā sua delectatione impi-  
guandā transigit. Vinū vero suū cum la-  
cte bibit: quādo et perfectiōe quorundā se  
reficit: et innocentia aliorū cum pietate vi-  
ligens: utrosq; ad eternū terminū ingerit.  
Ad quorū exemplū quosq; remanētes in-  
uitat cum subiūgit.

**C**omedite amici mei: bibite  
et inebriamini charissimi.

Notandū in primis est: quia qui come-  
dūt amici: qui vero bibūt et inebriant: cha-  
rissimi esse perhibent. In quibus verbis  
intelligi dat: quia in hoc loco comedere  
bonū est: sed bibere et inebriari ampli⁹ bo-  
nū est. Sunt nimirū quidā in sancta eccle-  
sia qui sic diuinā audiūt: ut celestia plusq̄  
terrena amare discant: pro eorū desiderio  
multa pauperibus tribuāt: a prauis ope-  
ribus se custodiāt: nulla alicui violenter  
rapiāt: ecclesie predicationē libenter au-  
diant: in fide se instruunt: q̄ et operibus  
sanctis exerceāt: et tamē vxores habēt: pi-  
guiora nutriūt: res suas diligunt: quāuis  
his omnibus xp̄m preponant. Hi p̄fecto  
comedūt et amici sui: quia sanctā scriptu-  
ram audiētes: talem sibi refectionē assu-  
mūt: ut et si ad summā perfectiōis adhuc  
non assurgūt: tamen scdm modū suū per-  
fecti: in preceptis diuinis sine crimine vi-  
uant. Quod dū beati iohannis parentes  
zacharias videlicet et helisabeth cōserua-

re studuerūt: per reuelationē angelicā in  
senectute sua filiū accipere meruerūt: quo  
maior inter natos mulierū non surrexit:  
et ipm saluatorē mundi digito ostendere  
et baptizare meruerit. De cuius parenti-  
bus dicit: Erant autē iusti ambo ante de-  
um: incedētes in omnibus mādati et ius-  
tificationibus deo sine querela. Sunt ve-  
ro alij qui tanta auiditate diuinā scriptu-  
ram audiūt: vel legunt: ut p̄tinus cūctis  
terrenis opib⁹ abdicatis: sola celestia am-  
biant parētes: vxores: domos: filios: etiā  
et omnia transitoria abijciant: solūmodo  
xp̄m sequi et amplecti cōcupiscant. Eius  
desiderio se affligūt ieiunijs: afficiūt lacri-  
mis: exercent meditationibus diuinis: so-  
la que sunt eterna cogitāt: contemplatiōi-  
bus vacant: ad hoc laborantes: ut ea que  
retro sunt obliuiscētes: in anteriora ma-  
gis ac magis se extendāt. Quid profecto  
isti quid aliud agūt: nisi bibentes inebriā-  
tur: ut dum omnium terrenorū per desirio-  
um obliuiscunt: iure a sponso celesti: non  
tantū amici: sed et charissimi vocari mere-  
ant. De quibus idē sequit̄ et dicit:

**D** Ego dormio: et cor meum vi-  
gilat.]

Huiusmodi quisq; electi cor sponsi be-  
ne vocari possunt: qui quo amplius exte-  
riora que sunt in mūdo fugiūt: eo secreti⁹  
ea que sūt interiora sponsi cognoscūt. De  
quibus p̄culdubio idē sponsus alibi dicit  
Qui diligit me diligetur a patre meo: et  
ego diligā eum: et manifestabo ei meipm.  
Dormit ergo sponsus et cor eius vigilat:  
quia dum xp̄us iam glorificatus in beati-  
tudine quiescit: quicūq; eum perfecte dili-  
git: ut ad ipm perueniat laborat. De qua  
vigilantia sponsa superius dixit. Luz esset  
rex in accubitu suo: nard⁹ mea dedit odo-  
rem suū. Quid em̄ illud quiescere dormi-  
re dicat: id manifestat: quod alibi legit̄.  
In pace in idipm: dormiam et requiescā.  
Quod tamen ipm et ipa sponsa de se dice-  
re potest: dicat ergo: [Ego dormio: et cor  
meū vigilat.] Ac si aperte mens sancta  
loqueret̄ dicens: Dum a mūdanis tumultu

libus exterius dormio: in interiori cogitatione que sint celestia vigilans penso. Sancti etenim viri dum terrena oia despiciunt: dum tumultus mundi omnino fugiunt: dum otium in via dei assumunt: nequaquam ut torpori vacent: ea dimittunt. Sed interioribus laborantes que sint illa: ad que facti sunt in corde aspiciere contendunt. Neque enim torpeant dormiunt: sed ut liberius eterna contemplantur: a transitorijs rebus requiescant. Quos tamen aliquando sponsa ad perfectum proximorum excitat: et ut eis cum quibus viuunt proficiant: ab otio quod diligunt reuocat. Cuius vocem audiens etiam cum dormit sponsa dicit:

**E** Vox dilecti mei pulsantis.

Quid enim pulsans dicat subiungit.

**A**peri mihi sponsa mea: amica mea: columba mea: immaculata mea.]

Causam etiam clamoris annectit dicens:

**Q**ui caput meum plenum est rore: et cincinni mei guttis nocturnis.

Dum sponsa dormit dilectus ut aperiat ei pulsat: quia dum sancta mens sibi ipsi per otium intendit: Christus multa peccatorum opera in hoc mundo tolerat: que nisi spirituales viri ad doctrinam se accingant: nunquam per se spiritus carnales: vel agnoscant: vel corrigere curant. Vult ergo sponsus ut aliquando otium dimittat: et ad edificationem proximorum spirituales quique sollicitentur: quia dum perfecti viri sibi solis per interiorum quietem intendit. Dolet sponsus quod seculares ad peiora magis ac magis corrumpunt: dum eum propter silentium spiritualium semper minus ac minus cognoscunt quod ipse manifestat cum dicit: **Q**uia caput meum plenum est rore: et cincinni mei guttis nocturnis.] Quid per caput sponsi: nisi deus? Et quid per rorem in hoc loco: nisi lamentatio dicitur: nisi frigora mentium carnalium accipit? Scriptum est enim. Caput Christi deus. Et de frigore cuiuslibet carnalis mentis iterum scriptum est. Sicut frigidam facit cytherna aqua: sic frigidam fecit malicia suam. Caput ergo Christi plenum est rore: quia multi in

ecclesia positi: et deum eum credunt: et tamen frigidi persistentes ad ardorem charitatis non accendunt. Per cincinnos etiam eosdem populos intelligimus: quos in fide diuinitatis: quasi in capite Christi pendentes et opprimentes scimus. Sed cincinni pleni esse dicuntur guttis nocturnis: quia dum in tempore huius tenebre temporalitatis se suspendunt: magis ac magis stillationibus iniquitatis fluunt: ad hos accedendos sponsa excitat: dum spiritualis quilibet per edificationem plurimorum ab otio ad prelationem ecclesie vocat. Sed quoniam metuit ne si ad prelationem venerit sollicitudinibus mundi occupari necesse sit: sicque dum per occasionem edificationis plurimorum temporalibus se inclinauerit: quietem amittat: etiam sordibus peccatorum se inficiat. Ideo clamanti sponso respondet dicens:

**E**xpoliaui me tunica: quomodo iterum induar illa: Laui pedes meos: quomodo iterum inquinabo illos?]

Tunica sua sponsa se expoliauit: quia oia exteriora quibus honorabatur et onerabatur abiecit. De qua tunica dicitur: **H**uc autem qui habet tunicam vendat eam: et emit gladium. Gladium quippe: vendita tunica emit: qui per eternis temporalia abdicat: et in sancta conuersatione viuens: verbum predicationis acquirit. De quo dicitur: **E**t gladius spiritus: quod est verbum dei. Pedes autem suos sponsa lauit: quia dum in sancto otio sancta anima viuunt: opera sua studiose ad memoriam reducit: et quicquid in eis sordidum examinando deprehendit: lachrymis quotidianis et gemitibus plangit. Pedes itaque lauit: quia preterita opera quibus per hunc mundum dissolute ambulauit plangit. Pedes lauit: quasi peccata ablues lachrymis munda in conspectu dilecti sui apparere concupiscit. Hos pedes iterum inquinare metuit: quia valde sollicita est: ne si in prelatione ponatur: per terrena ambulans iterum suscipiat quod dimisit. Idcirco ab otio inuita recedit: quia dum a maximis fluctibus aliena est quasi in litore posita securi viuunt. Sed dilectus non leuiter mortem proximorum

tolerat. Ideoque propius accedens per ipsum eam excitare non dubitat: ubi dicitur:

**I**k Dilectus meus misit manum suam per foramen: et venter meus intremuit: ad tactum illius.]

Manum dilectus ad sponsam mittit per foramen ut surgat: quoniam per subtile intellectum quanta sit operatio diuine: virtus ei inspirando manifestat: quod videlicet et inter pericula saluare possit: quod etiam in pace nisi per eum saluus sit: nemo quod in tumultu certaminis sperantes in se non derelinquit. Ad cuius tactum venter sponse intremiscit: quia sancta anima quo amplius diuinam potentiam per interiorum visitationem principaliter sentit: eo strictius iudicat: quicquid in se carnale deprehendit. Quo enim maiori charitate in eum ardet: quem mente concupiscit: eo timidius se ei subicit: et amplius vereetur: ne sponsus in ea aliquid inueniat: propter quod eam a se dimittere velit. Procirco sponso obediens ad laborem se preparat: ut sicut in quiete familiaris sponso: sic et in labore deuote seruus appareat. Ideo subdit dicens:

**R** Surrexi: ut aperire dilecto meo.] Tacta surgit ut aperiat: quia dum spiritum dilectionis amplius solito accipit: mox de edificatione proximi cogitat: et predicando agit: ut apertis cordibus sponso ad inhabitandos proximos veniens: aditum intrandi inueniat. Que etiam cum predicatione exemplum operum auditoribus demonstrat dicens:

**M** Manus mee stillauerunt mirram.] Quid per manus nisi operationes? quod per mirram: nisi mortificatio carnis accipitur? Manus ergo sponse predicantis mirram stillat: quia quicumque alijs predicat: necesse est si multis proficere velint: ut in omni opere suo carnalem vitam mortificare contentant. Sed ut hoc cum magna discretione fiat: manifestat cum subiungit dicens:

**D**igiti mei pleni sunt mirra probatissima.]

Sicut enim ab una manu plures digiti diuiduntur: sic in una sancta conuersatione per di-

cretionem diuerse virtutes inueniuntur. Alia enim est virtus largitatis: alia virtus parcitatis. Aliud opus humilitatis: aliud libere increpationis: aliud vero agimus: quoniam nos sub silentio continemus: propter edificationem propriam: aliud quam proximis loquimur propter utilitatem suam. Sed digiti mirram probatissima pleni esse prohibent: quia in omni quod agitur semper necesse est: ut mortificatio carnalium teneatur. Que tunc probatissima esse iure dicitur: quoniam in omni suggestione: que ab hoste ingeritur sine cessatione voluptas carnalis cauetur ne suscipiatur. Quod quando fit omnis duricia mentis dissoluitur: et ut sponsus intret ad eum aditus preparatur. Hinc est quod sequitur.

**P**essulum ostij mei: aperui dilecto meo.]

Pessulum ostij facimus quoniam per voluptates carnis aditum cordis contra sponsum obseramus. Pessulum vero aperimus quoniam remotione voluptatibus fluxis: cor nostrum in amorem christi quod prius durum fuerat: soluiamus: et sponso pulsanti ad ostium introitum liberum facimus. Quod dum in hac carne viuimus: quia repetere fieri non potest restat: ut magis ac magis quotidie faciamus. Nemo enim sicut scriptum est repente fit summus. Aliquando enim dum in hac corruptione positi dominum nostrum querimus: magis nobis elongari quam appropiare videtur. Ideoque sequitur.

**A**t ille reclinauerat: atque transierat.]

Modo sponsus dilectam tangit: modo declinat: quia quoniam nos torpentes conspiciat: ad amorem incitat: quoniam vero laborantibus nobis posse apprehendi videtur: tunc ne apprehendantur transit et declinat. Quod maxime in nobis gratia agit: ut vix nec in torpore nostro iacentes: omnino eum amittamus: nec de plena eius: ut nobis videatur: apprehensione superbiamus. Qui mortem ut recesserit redit: et ne diutius anima sancta a dilecto suo alienetur verbo inspirationis sue desiderati anime se infundit: et eam liquefacit. Unde exultat sponsa dicens:

**Q** Anima mea liquefacta est:  
vt dilectus locutus est.]

Ad verbū sponsi liquefactā se dicit: quia dum xp̄us se per spiritū suū anime desiderati se infundit: omnē duriciā cordis mox dissoluit: et aliquādo mentē in tantas lacrymas liquefacit: vt vix capere possit. Hoc qđ se capere intra se exultat: et intus miret̄ quid fuerit: et quid factā subito se ipsam videat. Quem liquorē dum sentit perfectius apprehēdere cōcupiscit: et aliquādo dum hoc ip̄m cogitat: hoc qđ modo sentiebat: iam nō sentit. Unde sollicitat̄ ad querendū: vt hoc idem inueniat: sed aliquādo dum etiā diu fatigeret̄: non inuenit quod modo t̄z presens tenebat. Ideo sequitur:

**R.** Quesiui et nō inueni illum:  
vocaui et nō respondit mihi.]

Querit sponsa dilectū: sed nō inuenit: quia a deo inspirata mēs assidue suauitate illa intima perfrui cōcupiscit. Sed corruptio phibet: quā in hac vita gerit. Vocat ergo et nō respondet̄ ei: quia in orationibus et operatiōibus suis dulcedine illius presentie satiarī appetit: sed ad votū suū hoc qđ inuocat non occurrit. Restat ergo vt in se reuertēs se cognoscat: et per scripturas sanctas dilectum suū magis ac magis illō gustu adiuta perquirat. Et hoc est quod sequit̄:

**S** Inuenerūt me custodes qui  
custodiunt ciuitatem.]

Dum inquisitione dilecti sponsi sollicitat̄: in custodes ciuitatis incidit: quia dñ̄ sancta mens de siderio sponsi sui xp̄i se affligit: predicatorū verba in scriptur̄ diuis suscipit: et eis quādiu a xp̄o exulat eiusdē quē querebat amore intēdit. In quibus quid exercitatiōis inueniat: subiūgit.

**T** Percusserūt me et vulnera-  
uerunt me: tulerunt palliū me-  
um custodes murozum.]

Custodes percutiūt sponsaz et vulnerāt

quia predicatorēs sancti dñ̄ celestia loquū-  
tur: amantē animā afficiūt: et maiori amo-  
re sagittant. Palliū tollunt: quia si quid  
pompe secularis residuū erat in corde: ex  
hortatiōibus suis ab animo auferūt. Pal-  
liū tollūt: quia aliquādo ante verba pre-  
dicatorū nos nō cognoscebam⁹: ip̄i om-  
ne quod interius latebat dñ̄ loquūtur de-  
tegūt. Quod dñ̄ fit amplius diligēdi sūt  
et vt pro nobis dilecto loquant̄: deuotius  
exorādī. Ad agit sponsa dñ̄ subiūgit.

**U** Adiuro vos filie hierusalē:  
si inueneritis dilectum meū: vt  
nūcietis ei: qz amore languero.]

Dum em̄ sanctis viris cogitatiōes nos-  
tras referamus: dñ̄ eius siue viuentibus  
nobiscū: siue iam vitā eternā ingressus de-  
sideriū nostrū expandimus: et per deū ora-  
mus: vt dom̄o xp̄o pro nobis orando offe-  
rant: desideriū quo afficimur: et quid ali-  
ud agimus q̄ filiis hierusalē adiuramus:  
vt dilecto tui nobis proximiores sunt nū-  
ciēt: qz amore languemus. Sed et ip̄i san-  
cti si adhuc nobiscū sunt: et oratores suos  
orāt: et qui vt nūciant orant̄: pre humilita-  
te tanq̄ ignari interrogāt dicentes:

**X** Qualis est dilectus tuus ex  
dilecto o pulcherrima mulierū.

Sed quia quo ardētius diligūt eo dul-  
cius verba de eo repetunt. Idem ipsum  
iterum dicunt:

**Y** Qualis est dilectus tuus ex  
dilecto: qz sic adiurasti nos?

Dilectus ex dilecto sponsus dicit̄: vt vi-  
delicet per repetitionē dilectiōis maxim⁹  
amor loquētis ostendat̄. Vel dilectus ex  
dilecto bene xp̄s vocat̄: quia si filiū dili-  
gimus: et patrē ex quo est consequēter ama-  
m⁹. Respondet sponsa subsequēdo dicēs

**Z** Dilectus meus candidus est  
et rubicūdus: electus ex milib⁹.

Candidus et rubicūdus xp̄us esse perhi-  
bet̄: quia nullū omnino peccatū faciens:  
iusticie pulchritudinē ex integro tenuit:

et tamē tanq̄ peccator esset ad mortis passionē accessit. Qui per p̄phaz dicat **Quare ergo rubrū est indumentū tuū? Elect⁹ vero ex milibus: qz ex totius generis humani massa: nullus sine pctō reperit: ipse x̄o nō solū sine pctō fuit: sed etiā pctōres sua iusticia et sanguine redemit. Sequit̄.**

**aa Caput eius aurū optimū.]**

**Caput x̄pi deus. Qd̄ caput bene aurū dicit̄: qz ad cōparationē creatoris ois creatura res vilissima perpendit.**

**bb Come eius elate palmarū nigre sicut coruus.]**

**Quid per comas x̄pi: nisi fideles quosq̄ intelligimus? Qui dū fidem trinitatis in mente custodiūt: et deo adherētes qd̄ credūt faciūt: quasi capite pēdentes honorē portantī p̄ferūt. Palma aut̄ in altū valde crescendo proficit: et victoriā significatiōe sua p̄tendit. Come ergo sicut elati palmarū sunt: qz electi quicq̄ dū semper ad alta virtutū se efferūt: per dei gratiaz q̄ncq̄ ad victoriā se perducūt. Nigre aut̄ sicut coruus existūt: qz quicq̄ virtutibus in celū se erigāt semper tamen peccatores se esse cognoscūt. Sequitur.**

**cc Oculi eius sicut columbe super riuulos aquarum que lacte sunt lote: et resident iuxta fluenta plenissima.]**

**Oculi sponse sicut colūbe sunt: qz p̄dicatores x̄pi qui viā nobis ostendūt in simplicitate viuūt. Super riuulos aut̄ aquarū esse p̄hibent̄: qz semp̄ in refectionē diuinarū scripturarū p̄uersant̄. Lacte vero sunt lote: qz gratia creatricis sapiētie tanq̄ lacte matris a pctis per baptisimū sunt mūdate. Quid aut̄ per fluēta plenissima iuxta que residēt intelligimus: nisi sacre scripture p̄funda et archana dicta: que descripsimus: quibus nos reficimus: dū ea legēdo vel audiēdo haurimus? Ad hoc etiā colūbe iuxta fluēta residere solent: vt volantū auisū vmbriā in aqua videāt: sup̄ aquā se p̄iciētes vngues rapaciū sic effugiāt. Sic san-**

**cti viri in scriptura sancta fraudes demonū perspiciūt: et ex descriptiōe quā vident quasi ex vmbra hostē cognoscūt. Dūq̄ se cōsilijs scripture ex toto addicūt: vt v3 nihil agāt: nisi qd̄ ex responso scripturarū audiūt: quasi in aquā se p̄iciētes hosti illudūt. Que fluēta plenissima dicunt̄: qz de quibuscūq̄ scrupulis in scripturis consiliū querit̄ sine minozatiōe de omnibus ad plenum inuenitur.**

**dd Bene eius sicut areole aromatu: consite pigmentarijs.]**

**Si per oculos p̄dicatores intelligunt̄: bene per genas ip̄i in ecclesia figurant̄: q̄ martyrio vitā finisse p̄hibent̄. Dūz em̄ p̄ fide x̄pi sanguinē suū fundere nō dubitat̄: q̄ gene i facie x̄pi rubēt. Per eos q̄ p̄ pulchritudo fidei xp̄iane publicat̄: qz ad quantū fidei premiū tendant: ostendūt dū pro ea moriunt̄. Que gene bene sicut areole aromatu esse dicunt̄: qz dum in cōstantia fidei martyrie electi exercent̄: per cultū virtutū sancte opintonis fama quasi aromatu dilatant̄. Sed areole pigmentarijs cōferunt̄: qz martyres sancti: et a p̄cedentibus p̄dicatozibus ad cōfessionē roborant̄: et a subsequētibus ad imitatiōis exemplū populis adducunt̄ ab illis qui p̄cesserūt pigmēta virtutū colunt̄: ab his vero qui sequuntur pigmenta exemplorū sumunt̄. Unde et sequit̄.**

**ce Labia illius lilia stillantia mirrhā primam.]**

**Quid em̄ per labia sponsi nisi ipsos q̄s dicimus p̄dicatores x̄pi intelligim⁹? Qui dū mortes martyrorū populis p̄dicant: quasi mirrhā mortificādis carnibus ad cōdimentū distillāt. Que mirrha bene prima esse dicit̄: qz nullus sic mortificat̄: quō ille p̄ x̄po martyrio finit̄. Primā em̄ dixit nō pro tpe: sed pro dignitate. Quid est q̄ labia sponsi lilia esse dicunt̄: nisi q̄ illi per quos x̄pus loquit̄ necesse est vt mūdī sint et per eos bonus odor aspergat̄. De quibus erat ap̄lus paulus qui dicebat: Bonus odor sumus deo in omni loco: et in his**

qui salui sūt. Sed notādū est qm̄ quicquid iusticie ⁊ fortitudis habet ab ipso xp̄o per exempla operū illius trahit. Ideo sequit̄

**ff** **Manus illius tornatiles auree: plene hiacinctis.]**

Quid em̄ manus xp̄i designat: nisi opa que in mūdo gessit: ⁊ que nobis imitanda pponunt. Ipse em̄ ait: Qui me diligit: me sequat̄. Et ap̄ls. Qui dicit se in xp̄o manere: sicut ille ambulauit: ⁊ ipse ambulare debet. Manus vero tornatiles esse p̄hibent: qz lecta opa eius sine ipositiōe iniquitatis ex oī parte in iusticia gradiebant̄. Qd̄ em̄ tornať in rotunditate sui: sine obstaculo voluit̄. Sic xp̄i opera in rectitudinis rotunditate voluebant̄: qz tornitas nulla ei adhibebat: qua minus iusticia ei⁹ in rotundū duceret̄. Auree etiā manu⁹ esse dicunt̄: qz quicquid exterius inter homines operabat̄: in diuinitatis pulchritudine disponebat̄. Manus quoqz sp̄si plene hiacinctis esse dicunt̄: qz quicquid illius opa p̄ corde imitant̄: felicitatis eterne muneri b⁹ in retributiōe vident̄. Unde ⁊ idē redē proz. Qui mihi ministrat: me sequat̄: ⁊ vbi ego sum: ibi ⁊ miſter meus erit. Sequit̄.

**gg** **Clēter ei⁹ eburne⁹: distinct⁹ saphiris]** Quid p̄ vētrē: nisi mortalitas. Et qd̄ per ebur: nisi incorruptio designat̄. Ebur q̄ppe valde durabile os h̄z: ⁊ in ornamenta regū assumit̄. Venter ḡ xp̄i recte eburneus esse dicit̄: qz mortalitas xp̄i ad immortalitē perducit̄: dū per resurrectionē ad gloriā patris sui regis v̄z eterni: in vita eterna collocat̄. De quo dicit̄: X̄ps resurgēs ex mortuis: etiā nō moriet̄: mors illi vltra nō dñabit̄. Qui vero in ornamento regū assumit̄: qz quisqz carnis sue rex ⁊ dñs esse p̄bat̄: ipsius xp̄i mortalitate ⁊ resurrectionis amore cognatiōis ⁊ spe immortalitatis ornat̄. Unde alibi dicit̄: Qui gloriat̄: in dño gloriat̄. Sed neuter distinct⁹ saphiris esse p̄hibet̄: qz in nostra corruptiōe quā portauit: celestia opa per miracula que faciebat passiōibus nr̄is inseruit̄. Saphirus em̄ qui aereū colorē portat: bene celestia facta que in miraculis ostende

bant̄ designat. Venter vero xp̄i saphiris distinguit̄: qz dū inter passiōes carnis diuina miracula opabat̄: quasi in corruptione corruptio variat̄. Qua dispensatione ap̄li in fide eruditi sūt: ⁊ ad passiōes tolerandas robusti extiterūt. Ideo sequit̄.

**hh** **Crura illius colūne marmoree: que fundate sunt sup bases aureas.]**

Per crura apostolos intelligimus: per q̄s vniuersū mundū circuit: ⁊ fidē eis p̄dicantib⁹ ppl̄is audiētibus sparsit. Quib⁹ ip̄e in euāgelio ait: Ite in orbē vniuersus ⁊ p̄dicate euāgelium oī creature. Sed crura colūne marmoree esse p̄hibent̄: qz ecclesiā inflexibilr̄ sustinent: dū p̄tra oēs aduersarios eoz p̄dicatiōibus ⁊ exēplis roborat̄. Sup bases aut̄ aureas colūne fundate sūt: qz a p̄phaz dicit̄ vt fortes persistēt: fidē vite gratiā perceperūt. Unde ip̄e prim⁹ ap̄loz ait: Habem⁹ firmiorē p̄pheticū sermonē tui bñ̄ intēdentes tanq̄ lucerne ardenti in caliginoso loco. Ideo em̄ auree dicunt̄: quia luce sapiētie resp̄lē descendere sciūt. Sequit̄.

**ii** **Spēs eius vt libani: electus vt cedri.]** Libanus q̄ppe mons est in q̄ sublimis valde ⁊ odorifere arbores habet̄. Interpretat̄ aut̄ libanus dealbatio siue candidatio. Et de xp̄o dicit ap̄ls paul⁹. Iste factus est nobis a deo sapia ⁊ sc̄tificatio ⁊ iusticia. Bene ḡ spēs eius vt liban̄ existit qz per eū credētes dealbamur: cui si adheremus radicir⁹ sublimis efficimur. A c⁹ gr̄a etiā bone opiniōis odorē si quē habemus accipim⁹. Electus etiā vt cedri esse d̄r: qz de eo p̄r loquit̄. Ecce tu puer me⁹ quē elegi: dilectus meus cōplacuit sibi in illo aīa mea. Cedrus aut̄ excelsa est valde arbor: ⁊ imputribilis. X̄pus aut̄ excelsior cedris existit: qz quilibet hō sit: tñ deus esse nō desistit. De q̄ per esaiā d̄r: ⁊ sublimis erit valde. Odor⁹ etiā sup oēs est xp̄s: qz ip̄e de seip̄o ait: Ego flos campi ⁊ liliū cōualiliū. Et per sponsam ei dicit̄:

**kk** **Currem⁹ in odore vngētoz tuoz.]** De quo bene hic sequit̄

**Sunt illi⁹ suauissim⁹ ⁊ tot⁹ desi**

derabil. ] Per guttē q̄ppe voces trāfferūt  
 ⁊ saporē in ventrē hauriūt: q̄d em̄ p̄ gut  
 tur spōsi: nisi testīm xp̄i itelligit: p̄ q̄d xp̄s  
 nobis loq̄t: ⁊ in q̄ q̄ suavis sit dñs: a fideli  
 b̄ gustat. Totus ḡ desiderabil̄ existit: qz  
 p̄ hoc q̄ de deo bona oīa aīa scā audit: ma  
 gis ac magis sp̄ eū videre ꝑcupiscit. **C**ut̄  
 tot hōis enarrat̄ ꝑsequēter ꝑcludit dicēs  
**II Talis est dilect⁹ meus: ⁊ ip̄e  
 est amicus meus filie hierusalē.**

Sed enumeratis tot laudib⁹ ostēsis: tot  
 muneribus q̄s audiens non ꝑcupiscit: q̄s  
 intendēs non inardescit. Fidelis quippe  
 aīa queq̄: q̄ dulciora ⁊ ampliora de redē  
 tore suo audit: eo ardētius inhiat: ⁊ mani  
 festiora de eo cognoscere appetit dicēs:  
**III Quo abiit dilectus tu⁹ o  
 pulcherrima mulier? Quo abiit dilect⁹  
 tuus: ⁊ queremus eum tecū.** ] Cum em̄  
 pxim⁹ pximo de xp̄o loquit̄: cū alter ab  
 altero qualiter iueniat̄ sciscitat̄: q̄d aliud  
 q̄ quō q̄ri debeat ꝑscrutat̄. Quāuis hoc  
 d̄ synagoga itelligi valeat: vt aliq̄n ꝑuer  
 sa eccl̄az infroget: cui ꝑtin⁹ eccl̄ia r̄ndit:

**Dilectus meus descēdit**  
 d̄ in ortū suū ad areolā aromatū:  
 vt pascat̄ in ortis: ⁊ lilia colligat. ]  
 Dilect⁹ in ortū suū ad areolā arōa  
 tū descēdit: qz eccl̄az visitās ad eos maio  
 ri gr̄a vēit: q̄s sc̄is opib⁹ ⁊ virtutū exēplis  
 bone fame odorē ex se ꝑris emittēre cōg  
 scit. In ortū pascat̄ cū multarū aīarū virtuti  
 b⁹ delcāt. Lilia colligit q̄n ꝑfcōs q̄sq̄ ab  
 hac vita succidit. S; qz scā eccl̄a in filiis  
 suis fide xp̄o piūgit̄: spe suspēdit̄: caritate  
 cōglutināt̄: vt nihil extra xp̄m diligat: ⁊  
 eū sibi familiariter fide ⁊ amore inseparabi  
 lem teneat: ideo sub iungit̄:

**B Ego dilecto meo ⁊ dilectus  
 meus mihi: qui pascat̄ in lilij.** ] Nos  
 tandū q̄ppe q̄ synagoga p̄ ꝑdicationē ec  
 cl̄ie: ad fidē q̄nq̄ ꝑuertat̄: ita vt se abne  
 gās: xp̄m solū sequat̄: ⁊ eodē desiderio di  
 ligat xp̄m: q̄ eum eccl̄ia diligit: quē cete  
 ria postpositis solū amat. Quā iaz amicā  
 factā: iam sponsā sibi ꝑiunctā sponsus als

loquit̄: congratulās ⁊ dicens:

**L Pulchra es amica mea: sua  
 uis ⁊ decora: sicut hierlm̄ terribilis: vt ca  
 stroꝝ acies ordinata.** ] Pulchra ⁊ amica  
 suavis ⁊ decora: sicut hierlm̄ synagoga es  
 se ꝑhibet̄: qz ad sc̄ā. iij. euangelia aliq̄n  
 ꝑuersa sicut eccl̄ia sectabit̄. Hierlm̄ q̄ppe  
 visio pacis interpretat̄: p̄ q̄ bñ scā eccl̄a fi  
 gurat̄: qz dñi in mūdo semp̄ ꝑressurā patit̄  
 viā fastidiēs: que sit pax ꝑrie celestis cur  
 rēdo ꝑreplat̄: ꝑfidēs in eo q̄ discipul⁹ suis  
 dicebat: In mūdo q̄ppe ꝑssurā hēbitis: s; ꝑ  
 fidite ego vici mundū. Digna aut̄ syna  
 goga ꝑuersa sicut hierlm̄ pulchra: ⁊ amica  
 suavis ⁊ decora d̄: a q̄bus pulchrytu  
 dinē moȳ accepit vt placeat: exercitū sc̄e  
 operatiōis colligit: vt in amicitia hereat:  
 suauitatē mansuetudis discit: vt perma  
 neat: decorē cōuersatiōis ostendit: vt per  
 exemplū trahat. De qua ꝑsequēter dicit̄:

**D Terribilis vt castroꝝ acies  
 ordinata.** ] Motū exptis est cū in ꝑcinctu  
 ꝑtra hostes vadūt: si stricti ⁊ ꝑcordit̄ gra  
 diūt̄: ab hostib⁹ ꝑtra veniētib⁹ timent̄: qz  
 dñi i eis aditū p̄ scissurā nō aspiciūt: qualr  
 eos penetrēt: hesitātes nō inueniūt. Illis  
 qz hoc impenetrabile munimē efficiē: q̄d cō  
 corditer ordinati seip̄is semetip̄os tuent̄:  
 dñi em̄ de seip̄is sibi vallū efficiūt: intrādū  
 aditū hostib⁹ nō derelinquūt: ⁊ ne occidā  
 appetit̄ ip̄i facili⁹ occidūt. Sic in multitudine  
 fidelium ꝑtingit q̄ dñi ꝑ malignos sp̄is  
 pugnat̄ nō desinit: necē est vt pace carita  
 tis ꝑstrīgāt̄: q̄ salua sit. Si em̄ pacē tenet  
 terribilis hostib⁹ appet. Si p̄ discordiā sc̄m  
 diē vndiq̄ ab hostib⁹ leuēt̄ penerrāt. Pa  
 ce se itaq̄ mūiat: vnitāte se viciat: caritate  
 se vniat: vt dñi in seip̄a p̄ scissurā dānū nō  
 patit̄: ducē suū sp̄ exultās: sine ꝑfusiōe se  
 q̄t. In pace q̄ppe ocul⁹ mēt̄ mōat̄: vt in  
 ip̄az btitudis visionē itendat̄ quā nōo sic  
 est in hac vita ꝑspicit̄: qz impossibile est pa  
 triā tenere: dñi in exilio vnusq̄sq̄ nrm̄ ge  
 mit. Ideo sc̄e aīe inardescēt̄ inhiāt̄ ꝑꝑi  
 quātū sponsus respondet dicēs:

**E Auerte oculos tuos a me: qz  
 ipsi me auolare fecerūt.** ]

Oculos ad sponſum tendimus: dū intīmū  
mētis ad videndā xpī beatitudinē aliquā  
tulū aperim⁹. Sed oculos auertere p̄cipi  
mur: ne v̄z aspicere eā sicuti est quātūcun  
q̄ videam⁹ arbitremur. Ipsi em̄ oculi eū  
auolare fecerūt: qz q̄ amplius videt̄ eo ma  
gis inuisibilis esse cognoscit̄. Et a nobis  
auolat: qz quātūcūq̄ ictu mētis appre  
hensus incōprehēnsibiliter sup̄ oēm cona  
tū nostrū se exaltatū esse manifestat. Ocu  
li quippe mētis quasi hoc efficiūt: vt auo  
let: qz per hoc tantillū quo videt̄ valde lō  
ginquus: ⁊ auolās a nobis sicut dictū est  
apparet. Sequitur.

**¶** Lapilli tui sicut greges ca  
praz qui ascenderūt de mōte ga  
laad Dentes tui sicut greges tō  
saz ouiuū que ascenderūt de laua  
cro. Dēs gemellis fetibus: ⁊ ste  
rilis nō est inter eas. Sicut cor  
tex mali punici sic gene tue abs  
q̄ eo qd̄ intrinsecus latet.]

Hec oīa dicta de ecclesia sup̄ius vt potuim⁹  
mus exposuimus. Ideo nūc de synagoga  
eadē replicare deuitam⁹: vnū est tñ qd̄ nō  
sūt repetit̄ qz ibi sicut fragmēta mali puni  
ci: hic aut̄ sicut cortex mali punici dicitur.  
Quo nihil aliud designari puto: nisi san  
guinē nostrū qui sub antixpo morient̄: et  
vnitatē fidei: sub qua multi iudeoz strin  
gent̄. In cui⁹ p̄stantia dū sanguis effusio  
nē patient̄: fidei tribulatiōe quasi corticis  
rubore decorabunt̄. Sequit̄.

**¶** Sexaginta sūt regine ⁊ octa  
ginta concubine: ⁊ adolescentu  
larum non est numerus.]

Quid per reginas: nisi sanctorū aīe desi  
gnant̄: que dū corpa sua prudēter regūt:  
⁊ alijs p̄sumit̄: regnū sibi eternū acq̄runt.  
Sunt em̄ nōnulli in sc̄tā ecclesia q̄ carne  
suā macerāt: ⁊ p̄pter deū affligūt: vicia vī  
cūt: demones velut tyrānos sibi subijciūt  
oēs motus suos vt ordinate currāt: sapiē  
ter regūt: alijs p̄dicant hoc qd̄ ipsi faciūt:

multos a faucibus demonū gladio verbi  
pugnātes abstrahūt. Quid hmōi aīe nisi  
regine existūt: que dū regē xp̄m sponsum  
suū valde diligūt: amoris cōmixtiōe ⁊ li  
bidinis execratiōe regios filios. i. fideles  
populos gignūt. Quib⁹ oībus beatus pe  
trus dicebat: Vos aut̄ genus electū: rega  
le sacerdotiū: gens sc̄tā: populus acq̄sitio  
nis. Sed regine. lx. esse perhibēt. Dena  
rius quippe numer⁹ per senariū multipli  
catus in. lx. cōplet̄. Et quid per denariū  
nisi decē p̄cepta legis? Et qd̄ per senariū  
nisi labor hui⁹ vite signat̄? Sex em̄ dieb⁹  
qd̄ necessariū est opamur: ⁊ in septio quie  
scere per legē iubemur. Bene ḡ. lx. regi  
ne dicunt̄: qz dū. x. p̄cepta in hoc seculo  
operant̄: seculū aut̄ hoc sex dieb⁹ opatorū  
is euoluit̄: in eis quasi per senariū nume  
rū replicat̄. P̄dicāt em̄ quicq̄. x. p̄ce  
pta legis: in quoz operatiōe se exercēt in  
tpalitate hui⁹ corruptiōis. Sex igit̄ deci  
es: vel. x. sexies multiplicāt: qz v̄le hoc tē  
pus in explēda. x. p̄cepta legis spūaliter  
esse trāsgrediendū opib⁹ suis manifestāt:  
⁊ verbo p̄dicāt. Quoz laudē in hoc mū  
do aliqñ reprobi aspiciūt: ⁊ vt sicut laudēt  
vel vt aliq̄d cōmodū in hac vita quocūq̄  
adipiscant̄: ⁊ ipsi per sem̄ t̄p̄os p̄dicato  
res sūt. De quibus bene subdit̄.

**¶** Et octoginta concubine.]

Concubine quippe nō vere sed fecte dños  
diligūt: ⁊ ab eis nō posteritatē filioz: sed  
p̄ntiā experūt: nec p̄tinētā exercēt: s̄z libi  
dinē explere p̄cupiscūt. Sic si falsi p̄dica  
tores in ecclesia existūt: qz dū nō xp̄m: sed  
lucrū vel laudē diligūt: nō spūalr ⁊ caste:  
sed carnaliter ⁊ libidinose xp̄o se iungūt.  
Bñ ergo p̄cubine vocant̄: qz xp̄m quē p̄  
dicāt: nō spū: sed carne sectant̄. De quibus  
ap̄ls paulus dicebat. Multi em̄ ambulāt  
q̄s sepe dicebā vobis: nūc aut̄ ⁊ flens dico  
inimicos crucis xp̄i: quoz finis interitus  
quoz deus venter est. De quibus ipse idē  
ait: Hmōi nō seruiūt dño iesu: sed suo vē  
tri. Que tñ p̄cubine bene. lxxx. esse dicūt  
qz ⁊ si toto corde terrena diligūt: celestia  
tñ locunt̄. Octonariū quippe numez per



denariū ducimus ⁊ ad octoginta venim⁹  
 Per decē autē decalogus sicut dictū est  
 significat. Per octo vero resurrectio quā  
 octavo die redēptor noster resurrexisset p  
 batur. Predicatores vero ⁊ si falsi sunt p  
 desideriu. scripturā tamē diuinā ⁊ resur  
 rectionē quā credimus manifestāt p ver  
 bū. Si enī aliud predicarēt. predcatores  
 inter xpianos nō essent de quibus in euā  
 gelio ait. Sup cathedrā moysi sederunt  
 scribe ⁊ pharisei que dicūt: facite que aut  
 faciūt facere nolite. Sed qz ⁊ falsoz ⁊ ve  
 rozū predicatorū exhortatiōe plurimī ad  
 fidē veniūt ⁊ cū electis multi intrāt quia  
 ad sortē electozū nō ptingunt iō subdiē.

**Et adolescentulazuz non est numerus.]**

Cū enī scriptū sit. adolescētia ⁊ iuuetus  
 vana sūt. Quid p adolescentulas has nisi  
 vagas aīas itelligim⁹? q̄ dū vana h⁹ mū  
 di feciant que diligūt numerū electozū ex  
 cedūt. De quib⁹ p psalmistā dicit. Annū  
 ciaui ⁊ locut⁹ sū. multiplicati sūt sup nu  
 merū. Qd enī electozū numer⁹ apud deū  
 sit cōstitut⁹ manifestat apłus paul⁹ q̄ ait.  
 Nouit dñs qui sūt ei⁹. Et p semetipz dñs  
 ait. Ego scio quos elegerim. Quos quia  
 nō impfecte scit s; pfecte nouit. pculdu  
 blio ⁊ numez i quo eligunt cognoscit. De  
 quib⁹ p paulū dī. Quos enī psciuit ⁊ p  
 destinauit pformes fieri imāginis filij sui  
 Bñ ergo adolescētularū nō ē numer⁹: qz  
 dū p vanitatē q̄ diligūt in numerū electo  
 rū nō currūt extra remanētes q̄si in cog  
 nitionē diuinā nō veniūt. Quib⁹ ipa veri  
 tas i futuro iudicio dictura ē. Nescio vos  
 discedite a me oēs q̄ opamini iniquitatem.  
 S; dū reprobi mūdāna querūt ⁊ multipli  
 ces cupiditates aīam diuidūt. scā q̄libz aīa  
 in numerū electozū se strigit. multaqz vi  
 det fastidiēs vnū qd nō videt ardēter ap  
 petit. qd q̄diu nō tenet i fide se nutrit. in  
 charitate se vnit. Et dū id qd vnū ⁊ idipz  
 ē sequit. de hmoi multis vna ecclesia effi  
 cit de qua p spōsum dicitur.

**Una est colūba mea. pfecta**

**mea. vna ē matris sue. electa ge  
 nitricis sue.]**

Water nra ē regeneratrix grā apd quā  
 vna colūba elligit qz illos solos colligit. q̄  
 in simplicitate pmanēt ⁊ ab vnitāte non  
 scindunt. Multi q̄ppe fideles dū i idipm  
 intēdūt. Dū vno desiderio xpi se inuicem  
 nutriūt. dū habētes cor vnū ⁊ aīam vnā i  
 charitate se vniūt ex multis mēbz vnū cor  
 pus efficiūt. Dēscqz i vnitatis simplicitate  
 viuētes vna colūba existūt. q̄ sola pfectā  
 ⁊ electa genitricis sue dī qz extra hāc solā  
 grā fauēte nutriē de qua bene subditur.

**Uiderūt eā filie syon ⁊ bea  
 tissimā predicauerunt. regine et  
 cōcubine laudauerunt eam.]**

Syon filie sūt eccle: q̄ dū vitā eternā in  
 hac carne pteplanē: a peregrināte eccle  
 ad regnātē ecclesiā erigunt Uiderūt filie sy  
 on colūbā ⁊ btissimā pdicāt qz scē aīe duz  
 virtutes eccle spectāt i laudē prupūt ⁊ ad  
 ei⁹ btitudinē inbiāt. Scā q̄ppe ecclesia  
 grā genitrice nutriē. dū fide erudit. carne  
 sui spōsi pascit sanguie lauat. scriptura di  
 uina saginat. hmoi robusta nutrimēt de  
 mones expugnat: vitia suffocat. carnē do  
 mat spm roborat: vitā expectat. Hec oīa q̄  
 cūqz aspicit recte i amirationē ptin⁹ assur  
 git. ⁊ btissimā pnūciat qz videt ad q̄tam  
 gloriā p tot virtutes exurgat. Luz reginis  
 et cōcubine laudāt qz ⁊ si opib⁹ falsi pdica  
 tores existūt sermonib⁹ tñ eadez q̄ ⁊ veri  
 populis ostēdūt. De quib⁹ ipa virtas di  
 cit. Popul⁹ hic labijs me honorat cor at  
 eozū lōge ē a me. qd apte māifestat dū ite  
 rū dicit. Dictis pntent se nosse deū factis  
 at negāt. Sācti enī viri dictis ⁊ factis deū  
 pntent qz qd credūt faciūt ⁊ ad bona q̄ fa  
 ciūt etiā alios sermonib⁹ ⁊ exēplis trabūt  
 quozū virtutib⁹ aduersarij ad fidē excitāt  
 dū i eis ⁊ puritatē fidei: ⁊ pstantiā opis ad  
 mirant. Uñ ⁊ synagoga ad fidē erigit cū  
 in eccle q̄ sint merita fidel admirās contē  
 plat dicens.

**Que est ista: que pgredif**

quasi auroza pulchra ut luna electa ut sol terribilis ut castrorum acies ordinata.]

Ecclesia sancta quasi auroza cōsurgens in iudicio ultio p̄gredit̄ q̄z relictis tenebris corruptiōis: incorruptiōis claritate innovat̄. Que bñ ut sol electa d̄r q̄z ad eandē gloriā p̄ducit̄ ad quā caput ei⁹ xp̄us q̄ sol iusticie ē esse p̄hibet̄. An̄ est q̄ idē sol ait *Holo pater ut ubi ego suz illic et minister me⁹ sit.* Qd̄ tñ et de mēbris eiusdē ecclie adhuc ī hac carne vivētib⁹ intelligi p̄t̄. Sūt enī nōnulli q̄ magna intētiōe q̄ sint tormēta reproborū aspiciūt: et que sūt scā sua sine palpatiōe examinare p̄tendūt. dū q̄ se peccasse cognoscūt: et p̄ hoc ire ad reproborū tormēta pertimescūt. subito tenebras iniquitatis derelinquūt et luce iusticie accēdi cōcupiscūt. mox ad sanctā operationē cōsurgūt: et per bona que faciunt clarere quibusq̄ proximis incipiūt. Hi p̄culdubio velut auroza cōsurgentes p̄grediuntur. nūc alijs lumine sancte operationis resplēdescet de qua bene subdit̄.

**III Pulchra ut luna electa ut sol.**

Luna quippe dum noctē illuminat cali gātibus oculis iter per quō homo gradatur demonstrat. Sic nimirum queq̄ anīa que tenebras dimittit et in sanctā operationem se extēdit. dū exemplū bene operandi tribuit̄ pximis quasi lucē tenebrescētib⁹ oculis spergit. Dū enī peccātes quicq̄ bonuz opus aspiciūt et ad idē faciendū se cōvertūt quasi errātes in nocte p̄ lumen lune ad viā redeūt. Hec itaq̄ anīa dū peccantib⁹ bona exēpla prebet quasi luna in nocte lucet. Dū vero magis ac magis crescit et de die in diē per cōsuetudinē operis lumē iusticie tā perfecte accipit ut etiā bonis exempla imitationis prebeat que p̄i⁹ solis peccatorib⁹ imitāda apparebat p̄fecto iā luna sol efficiē: q̄z que in nocte errantib⁹ nūc lucebat. modo in die ambulātib⁹ lumē veritatis manifestat. Hinc est quō sequit̄. *Electa ut sol d̄ quo bñ subdit̄.*

**O Terribilis ut castrorum acies ordinata.]**

Hoc q̄z iā dictū est iterū nō necesse ē exponi ne sic videat̄ fastidiū generari. Sequitur. Ergo sp̄sus et cām dicit. vñ tāta virtus in ecclesia exercere possit. Visitatione quippe renouat̄ et quō in ea tenebrosus est respectione eius illuminat̄. Et hinc est quod subdens ait.

**P Descendi in ortū nucū ut viderem poma conualliū: et inspicerem si floruisent vinee et germinassent malapunica.]**

Quid p̄ nuces: nisi p̄fectos quosq̄ intelligim⁹: qui dū diuinā sapiām intra corpora sua retinēt quasi nucleū ī fragili testa portāt. Sūt enī quā plures ī ecclesia q̄ assidue diuine scripture intēdūt quā suavis sit domin⁹ gustātes. ampli⁹ gustare p̄cupiscūt. Et tā gaudia ī corde rumināt: et ruminātes magis ac magis p̄ualescunt: et tñ foris nesciētibus eos viles apparēt q̄ ignorat̄ q̄ dulce ī suis interiorib⁹ cibū portēt. Quis istis: nisi nuces existūt: q̄ nuclei dulcedines int⁹ ferūt. exteri⁹ vero carnis vilitatē pretendūt. De quib⁹ fuit ap̄tus qui dicebat. *Habem⁹ thesaurū istū in vasis fictilibus.* Ort⁹ igit̄ nucū: corda sūt sanctorū q̄ dūm deū valde diligūt celestē dulcedinē in int̄imis gerūt. vñ ī psalmo scriptū ē. *Quas magna multitudo dulcedis tue dñe q̄ abscondisti timētib⁹ te.* S; quid ē q̄ in ortuz nucū sp̄sus descēdit ut poma videat: cū poti⁹ nuces videre debeat. Verūtñ sciendū est q̄ maxie corda p̄fectoz visitat̄ iisq̄ benignitatis sue suauitatē manifestat ut p̄ eos ad infirmiores postmodū veniat et q̄tū in augmētū iusticie p̄fecerint. p̄ illos cognoscat. vñ scriptū ē. *Dñs de celo prospexit sup filios hoīm ut videat si ē intelligēs aut requirēs deū.* Dū enī diuina bonitas corda p̄fectoz illustrat̄ eosq̄ ad curā pximoz p̄ charitatis sollicitudinē instigat. quid hoc ē aliud nisi q̄ ad ortū veniēs poma p̄uallis p̄ illos q̄b⁹ p̄sudet pro

spectat. Tūc enī dñs videre vel cognosce  
re dñ cū sc̄tōs suos q̄s illustrat ad vidēdū  
exhortat. S; qd̄ ē q̄ nō poma mōt; s; po  
ma puallis vt videat descēdat: nisi qd̄ ill  
respectū sue miseratōis tribuit. De quo p  
psalmistā dicit. Quoniā excelsus dñs et  
humilia respicit et alta a longe cognoscit.  
Et ipse dñs p̄ semetipsum ex voce p̄phe  
te dicit. Sup̄ quē requiescet spūs me⁹: ni  
si sup̄ humilē et quietū et timentē sermo  
nes meos. Sequit̄ autē spōsus et dicit.

**Q** Et inspicerem si floruisent  
vinee et germiasset mala pūica.

Vinee florēt qm̄ in ecclesijs filij recēter ī  
fidē generant et ad sanctā cōuersationem  
quasi ad fruct⁹ soliditatē preparant. Mala  
punica germināt qm̄ p̄fecti quicq; p̄ exem  
pla sua primos edificāt et in nouitatē san  
cte cōuersationis p̄ p̄dicationē et bonorum  
operū ostensionē inuitāt. Illud q̄ppe ma  
lū punicū videlicet ap̄tus Paul⁹ germis  
nauerat q̄ dicebat. Filioli mei quos iterū  
p̄turio donec formet̄ xp̄us in vobis. Sic  
in sc̄tā ecclesia agit̄ vt p̄ bonos mali p̄uer  
tant: p̄ p̄fectos imp̄fecti nutriant̄ donec et  
ipsi ad p̄fectionē veniant: et infirmos q̄s  
q̄ sicut ipsi p̄ducti sunt ad meliora p̄du  
cant. Hos xp̄us ecclesie spōsus visitando  
p̄spicit: respiciēdo corp⁹ sanctū conuigit:  
qz̄ ideo corp⁹ infirmitatis assumpsisse co  
gnoscit: vt in corp⁹ sue claritatis tota si  
mul ecclesia trāsformet̄. An̄ beat⁹ Pau  
lus ait. Qui reformabit corp⁹ humilita  
tis nostre cōfiguratū corpi claritatis sue.  
Hec oīa in fine mūdi synagoga tandē ex  
citata p̄cipiet: et se tā diu ignorasse repres  
bendet dicens.

**R** Mesciui aīa mea cōturbauit  
me p̄p̄t quadrigas aminadab ]

Ac si diceret. Tot vtutes ī sc̄tā ecclesia fie  
ri vidēs q̄re ī tāto tpe nō p̄cepti: quare in  
credula p̄stiti: cur tādiu p̄ infidelitatē meā  
ī tenebris ignorātie remāst; s; p̄pter qua  
drigas aminadab p̄turbat̄ qz̄ qm̄q; p̄ p̄di  
cationē xp̄i ad fidem suscipiēdas excitat̄.  
Aminadab enī spōtane⁹ ppli mei interp̄

tatur. Et bene p̄ dubio xp̄us ille a patre  
spōtaneus ppli mei dñ: qz̄ vera spōtanea  
charitate ad populū saluandū descēdit: et  
vt nos a morte eleuaret pia volūtate: et be  
nigna gr̄a mortē in cruce suscepit. vñ et  
ipse ad patrē ait. Volūtarie sacrificabo tibi.  
Et vn⁹ ex redēptis ad xp̄m loquēs aie  
bat. Exaudi me dñe qm̄ benigna ē miseri  
cordia tua. Prop̄t̄ q̄drigas ergo aminas  
